



Epitome historiarum Pompeji Trogi

<https://hdl.handle.net/1874/345751>



a

0
32

Kast 190


Pl. C N^o.32


474. Justinus, M. Junianus, Epitome historiarum Pompeji
Trogi. [Acc.] Lucius Florus, Epitome gestorum roma-
norum [Venetië, Joh. Rubeus Vercellensis c. 1487]. 4^o.

190. C. 32

Type 2. — HC 9655. — Pr. 5120.

Op het voorlaatste bl.: „Maternus Gisberti de Tongris”.






gec

1111

19p. C. 32.



Ami p[er] Ap[osto]l[um] Assinob[is]
und. David Simonis
Jorons p[ro]p[ri]et[ar]i[us] fidei Lyale?
und. 29 Jan. 1711
1711. n. xviii. r. 11.



IVSTINI HISTORICI CLARISSIMI IN TROGI POMPEII HISTORIAS EXORDIUM.

QVM multi ex Romanis etiam consularis dignitatis uiri res romanas graeco peregrinoque sermone in historiam contulissent: seu aemulatione gloriae: seu uarietate & nouitate operis delectatus uir priscae eloquentiae Trogi Pompeius graecas & totius orbis historias latino sermone composuit: ut cum nostra graece: graeca quoque nostra lingua legi possent: prorsus rem magnam: & animi & corporis aggressus. Nam cum plerisque auctoribus singulorum regum uel populorum res gestas scribentibus opus suum ardui laboris uideretur: non ne Pompeius nobis herculea audacia orbem terrarum aggressus uideri debet: cuius libris omnium saeculorum: regum: nationum: populorumque res gestae continentur. Et quae historici graecorum prout commo dum cuique fuit inter se gregatim occupauerunt: ommissis quae sine fructu erant: ea omnia Pompeius diuisa temporibus: & serie rerum congesta composuit. Horum igitur quattuor & xl. uoluminum (nam totidem edidit) per otium quo in urbe uersabamur cognitione quaeque digna excerpti. Sed ommissis his quae nec cognoscendi uoluptate iucunda nec exemplo erant necessaria: breue ueluti corpusculum florum feci: ut haberent & qui graeca didicissent: quo admodum nerent: & qui non didicissent: quo instruerentur. Quod ad te non tam cognoscendi: quam emendandi causa transmisi: simul & oculi mei: cuius & Cato reddendam operam putat: apud te ratio commo staret. Sufficit enim mihi in hoc tempore iudicium tuum apud posteros: cum obtrectationis inuidia decesserit: industriae testimonium habituro.

Trogi Pompe

IVSTINI HISTORICI IN POMPEII TROGI HISTORIAS LIBER. I.

PRincipio rerum: gentium: nationumque imperium penes reges erat: quos ad fastigium huius maiestatis non ambitio popularis: sed spectata inter bonos moderatio proueherebat: populus nullis legibus tenebatur: arbitria principum pro legibus erant. Fines imperii tueri magisque proferre mos erat. Intra suam cuique patriam regna finiebatur. Primus omnium Ninus rex assyriorum ueterem & quasi auitum gentium morem noua imperii cupiditate mutauit. Hic primus intulit bella finitimis: & rudes adhuc ad resistendum populos terminos usque libyae perdomuit. Fuere quidem temporibus antiquiores: Vexores rex aegypti: & scythiae rex Tanais: quorum alter in pontum: alter usque aegyptum excessit: sed longinqua non finitima bella gerebant: nec imperium sibi sed populis suis gloriam quaerebant: contentique uictoria imperio abstinebant. Ninus magnitudinem quaesitae dominationis continua possessione firmavit. Domitis igitur proximis: cum accessione uirium fortior ad alios transfret: & proxima quaeque uictoria instrumentum sequentis esset: totius orientis populos subegit. Postremum illi bellum cum Zoroastre rege bactrianorum fuit: qui primus dicitur artes magicas inuenisse: & mundi principia: syderumque motus diligentissime spectasse. Hoc occiso & ipse decessit: relicto impubere adhuc filio Nino: & uxore Semiramide. Haec nec immaturo puero ausa tradere imperium: nec ipsa imperium palam tractare: tot ac tantis gentibus uix patienter uni uiro: nedum foeminae parituris simulat se pro uxore Nini filium: pro foemina puerum: Nam & statura utriusque mediocri: & uox pariter gracilis: & liniamentorum qualitas matri ac filio similis. Igitur brachia ac crura uelamentis: tiara caput tegit: & ne nouo habitu aliquid occultare uideretur: eodem ornatu & populum uestiri iubet: quem morem uestis exinde gens uniuersa tenet. Sic primis interitis sexum mentita puer credita est. Magnas deinde res gessit: quarum amplitudine ubi inuidiam superatam putat: quae sit fatetur: quem uel simulasset. Nec hoc illi dignitatem regni ademit: sed admirationem auxit quod mulier non foeminas modo uirtute: sed etiam uiros antequam Haec babyloniam condidit: murumque urbis cocto latere circumdedit: harena: pice: bitumine interstrato: quae materia in illis locis passim e terra exaestuauit. Multa alia praecleara huius reginae fuere. Siquidem non contenta acquisitos a uiro regni terminos tueri: aethiopiam quoque regno suo adiecit. Sed & indiae bellum intulit: quo praeter illam: & Alexandrum magnum ne mo intrauit. Ad postremum quem concubitum filii petisset: ab eodem interfecta est. ii. & xl. annos post Ninum regno potita. Filius eius Ninus contentus elaborato a parentibus imperio

Uerba post. Aug. de n. l. p. r. 41.

Ninus rex Assy

Vexores. Chanaan

Zoroastes

Ninus filius Semiramidis. de h. an. xlv. l. r. ii

Babylonia. Ninus

Alex. mag.

Ninus filius

belli studia deposuit: & ueluti sexum cum matre mutasset: raro a uiris uisus in foeminae tur-
ba consenuit. Posterius quoque eius exempla secuti responsa gentibus per internuncios dabant.
Impium assyrii: qui postea syrii dicti sunt: annos, M. ccc. tenuere. Postremus apud eos regnauit
Sardanapalus uir muliere corruptior. Ad huc uidentium (quod nemini ante eum promissum fu-
erat) praefectus ipsius medis praepositus nomine Arbactus: cui admitti magna ambitione aegre
obtinuisset: inuenit eum inter scortorum greges purpuram colentem. & muliebri habitu: cum molli-
tate corporis & oculorum lasciuia omnes foeminas anteiret: pensa inter uirgines partientem. Qui
uisus indignatus tali foeminae tantum uirore subiectum: tractantique lanam ferrum & arma portan-
tes parere: progressus ad socios suos: quid uiderit refert. Negat se ei parere posse: qui se foemi-
nam malit esse quam uirum. Fit igitur coniuratio. Bellum Sardanapalo inferit: quo ille audito: non ut
uir regnum defensurus: sed ut metu mortis mulieres solent: primo latebras circumspicit. Mox de-
inde cum paucis & incoppositis in bellum progreditur. Victus in regiam se recipit: & extracta pyra
se & diuitias in incendium mittit. Hoc solo imitatus uirum. Post haec statuitur rex interfectus eius
Arbactus: qui praefectus medorum fuerat. Is imperium ab assyriis ad medos transfert. Post multos
deinde reges per ordinem successione regnum ad Astyagen descendit. Hic per somnium uidit ex
naturalibus filiam: quam unicam habebat uitam enatam: cuius palmite omnis Asia obumbraba-
tur. Consulti arioli: ex eadem filia nepotem ei futurum: cuius magnitudo praenunciatur: regnumque
ei amissionem portendi responderunt. Hoc responso perterritus neque claro uiro neque ciui dedit
filiam: ne paterna maternaque nobilitas nepotis animum extolleret: sed de gente obscura tunc tem-
poris per seque Cambysis mediocri uiro in matrimonium tradidit. Ac nec siquidem somnii metu de-
posito grauidam ad se filiam accersit: ut sub aui potissimum conspectu foetus necaretur. Natus in
fans datur occidendus Harpago regis omnium consilioque participi. Is ueritus si ad filiam mortuo
rege uenisset imperium: eo quod nullum Astyages uirilis sexus genuerat: ne illa necati infantis ul-
tione: quam a patre non potuisset: a ministro exigeret: pastori regii pecoris puerum exponendum
tradidit: forte eodem tempore & ipsi pastori filius natus erat: Eius igitur uxor audita regii in
fantis expositione summis precibus rogat sibi afferri ostendique puerum: cuius praecibus fatigatus
pastor reuersus in siluam inuenit iuxta infantem canem foeminam paruulo ubera praebentem: &
feris & alitibus defendentem. Motus etiam ipse misericordia: qua motam ipsam canem uiderat: pue-
rum defert ad stabulum: eadem canem anxie prosequente: quem ut in manum mulier accepit: ueluti
ad notam allusit: tantumque in illo uigor & dulcis quidam blandientis risus apparuit: ut pastorem
uxor ultro rogaret: quo suum partum pro illo exponeret: permitteretque sibi siue fortunae ipsius
siue spei suae puerum nutrire. Atque ita permutata sorte paruulorum sibi siue fortunae ipsius
ille pro nepote regis exponitur. Nutrici Sparcon postea nomen fuit: quia canem per se sic uocat.
Puer deinde cum inter pastores esset: Cyri nomen accepit. Mox rex inter ludentes sorte dele-
ctus cum per lasciuia contumaces flagellis cecidisset a parentibus puerorum querela est regi delata
indignatibus a seruo regio ingenuos homines seruilibus uerberibus affectos. Ille accersito pue-
ro & interrogato: cui nihil mutato uultu fecisse se ut regem respondisset: admiratus constantiam
in memoriam somnii responsique reuocatur. Atque ita cum & uultus & similitudo & expositio
nis tempus & pastoris confessio conuenirent: nepotem agnouit. Et quoniam defunctus sibi
somnia uideretur a gitato inter pastores regno animum minacem duntaxat in illo fregit. Ca-
eterum Harpago amico suo infestus in ultionem seruati nepotis filium eius interfecit: epulan-
dum patri tradidit. Sed Harpagus ad praesens tempus dissimulato dolore odium regis in uin-
dictae occasionem distulit: Interiecto demum tempore cum adoleuisset Cyrus dolore orbita-
tis admonitus scribit ei: ut relegatus in persas ab auo fuerit: ut occidi eum paruulum auus ius-
serit: ut beneficio suo seruatus sit: ut regem offenderit: ut filium amiserit. Hortatur exercitum
parare: & pronam ad regnum uiam ingrediatur: medorum transitionem pollicitus: epistolaque
quia palam ferri nequibat: regis custodibus omnem aditum obsidentibus exenterato lepori
inferitur: leporeque in persas Cyro ferendus fido seruo traditur. addita sunt ractia: ut sub speci-
em uenationis dolus lateret. Lectis ille epistolis eandem uiam somnio aggredi iustus est. Sed
praemonitus ut quem primum postera die obuium habere: socium coeptis assumeret. Igitur
ante lucano tempore ruri iter ingressus obuium habuit seruum de ergastulo cuiusdam medi
nomine Sybarem. Huius requisita origine ut in persis genitum audiuit demptis compedibus
assumptoque comite Persepolim urbem egreditur. Ibi conuocato populo iubet omnes praesto
cum securibus esse: & siluam uiae circundatam excidere: quod cum strenue effecissent eos-
dem postera die apparatis epulis inuitat: deinde cum alacriores ipso conuiuio factos uideret:

Misri Om et Siri
Sardanapallus
Arbactus.

Arbactus rex
Astyages rex

Cambyses.

Harpago

Sparcon
Erius.

Harpago

Cyrus

Sybarem

hor
de. Quisq. impo
in ensib. a p.

rogat: ut si conditio proponatur: utrius uitæ sortem legant hesterni ne laboris an præsentium epularum: præsentium ut acclamauere omnes: ait: hesterni similem labori omnem uitæ acturos quoad medis pareant. se secutos hodiernis epulis. Latis omnibus medis bellum infert. Astyages meriti in Harpago oblitus summam belli eidem committit: qui exercitum acceptum statim Cyro per deditionem tradidit: regis crudelitatem perfidia defectionis ulciscitur: Quod ubi Astyages audiuit contractis undiq; auxiliis ipse in persas proficiscitur: & repetito alacrius certamine pugnantibus suis partem exercitus a tergo ponit: & tergiuersantes ferro agi in hostes iubet: ac nunciat suis ni uincerint non minus fortes etiam post terga inuenturos q̄ a frontibus uiros: proinde uideant fugientibus hæc an illa pugnantibus acies rumpenda sit. Ingens post necessitatem pugnandi animus exercitui eius accessit. Pulsa itaq; cum persarum acies paulatim cederet: mares & uxores eorum obuiam occurrunt: orant in prælium reuertantur: cunctantibus sublata ueste obscœna corporis ostendunt: rogantes num in uteros matrū uel uxorū uelint refugere. Hac repressi castigatione in prælium redeunt: & facta impressione quos fugiebant: fugere compellunt. In eo prælio Astyages capitur: cui cyrus nihil aliud nisi regnum abstulit: nepotemq; in illo magis q̄ uictorem se gessit: eumq; maxime genti hircanorum præposuit. Nam ipse reuerti in medios noluit. Hic finis medorum imperii fuit. Regnauerūt annis. cccl. In initio regni Cyrus Sybarem captorum quem iuxta nocturnum uisum ergastulo liberauerat: comitemq; in omnibus rebus habuerat: Persis præposuit: sororemq; suam ei in matrimōium dedit. Sed ciuitates: quæ medorum tributariæ fuerant: murato imperio etiam conditionem suam mutatam arbitantes a Cyro defecerūt: quæ res multorum bellorum Cyro causa & origo fuit. Domitis demum plerisq; cū aduersus babylonios bellum gererent: Babylonis rex lydorum Crœsus: cuius opes diuitiæ insignes ea tēpestatē erant: in auxilium uenit: uictusq; iam de se sollicitus in regnum refugit. Cyrus quoq; post uictoriam compositis in babylonia rebus bellum transfert in lydiam. Ibi fortuna prioris prælii percussam iam Crœsi exercitū nullo negotio fundit. Crœsus ipse capitur: sed quāto bellorum minoris periculi: tanto & mitior uictoria fuit. Crœso & uita & patrimōii partes & urbs Barce concessa sunt: in qua & si non regiam uitam: tamen & proximam maiestati regniæ degeret. Hæc clæmentia non minus uictori q̄ uicto utilis fuit. Quippe ex uniuersa græcia cognito q̄ illatum Crœso bellum esset: auxilia uelut ad commune extinguendum incendium confluebant: Tātus Crœsi amor apud omnes urbes erat: ut passurus Cyrus graue bellū græciæ fuerit: si quid i Crœsum crudelius consuluisse. Interiecto deinde tempore occupato in aliis bellis Cyro rebellauere lydii: quibus iterum uictis arma & equi adempti iussiq; cauponias ludicras artes & lenocinia exercere. Et sic gens industria quondam potens & manu strenua effœminatā mollicie luxuriæq; uirtutem pristinam perdidit. Et quos ante Cyrum inuictos bella præstiterant: in luxuriā lapsos ocium ac desidia superauit. Fuere lydii multi ante Crœsum reges uariis casibus memorabiles: nullus tamen fortunæ Candauli comparandus qui cum uxorem suam: quam propter pulchritudinem nimium diligebat: omnibus prædicaret: non contentus uoluptatum suarum tacita conscientia: nisi etiam matrimonii reticēda publicaret prorsus quasi silentium damnum pulchritudinis esset: ad postremum ut affirmationi suæ fidem faceret: eam Gygi sodali suo nudam demonstrauit. Quo facto & amicum in adulterum uxoris illectum hostem sibi fecit: & uxorem ueluti tradito alii amore a se alienauit. Nam breui post tempore cædes Candauli nuptiarum premium fuit. Vxor mariti sanguine dotata regnum uiri & se pariter adultero tradidit. Cyrus subacta Asia & uniuerso oriente in potestatem redacto scythia bellum intulit. Erat autem eo tempore scytharum regina Tomiris: quæ non muliebriter aduentu hostium terit: cum prohibere eos posset: uadum Araxis fluminis transire permisit: et sibi feliciorē pugnam inter regni sui terminos rata: & hostibus obiectum fluminis fugam difficiliorem. Itaq; Cyrus transiectis copiis cum aliquantisper in scythiam processisset castrametatus est. Deinde postera die cum simulato metu & quasi refugiens castra deseruisset: uinum affatim & ea quæ erant epulis necessaria reliquit. Quod cum nunciatum reginæ esset: adolescentulum filium ad insequendum eum cum tercia parte copiarum mittit. Cum uentum ad Cyri castra esset ignarus rei militaris adolescens ueluti ad epulas non ad prælium uenisset: omissis hostibus infuetos barbaros uiro onerare se patitur. Priusq; scythæ ebrietate q̄ bello uincuntur. Nam cognitis his Cyrus reuersus per noctem faucios opprimit: omnesq; scythas cū reginæ filio interfecit. Amisso tanto exercitu & quod grauius dolendum unico filio Tomiris orbitatis dolorem non in lachrymas effun-

Astyages hircanorum

cccl annis facti nauantur medi.

Babylon Cræsus Rex

Cræsus capitur

Cræsus amantur a plis

Candaulus Rex Lydiae

Gygius

Cyrus scythia bellum

Araxis flumen

Alia quædam uerba de cyro et scythia bellum in uis abire possunt

dit: sed in ultionis solatia intendit. Hostesq; recenti uictoria exultates pari insidiarum fraude circundedit. Quippe simulata diffidentia propter uulnus exceptum refugiens cyrum adu'sq; angustias perduxit. Ibi compositis in montibus insidiis ducenta milia persarum cum ipso Rege trucidauit. In qua uictoria etiam illud memorabile fuit: quod neq; nuncius tantae cladis quidem superfuit. Caput Cyri amputatum in utrem humano sanguine repletum conici regina iubet cum hac exprobratione crudelitatis. Satia te sanguine inquit: quem sitisti: cuiusq; insatiabilis semper fuisti: Cyrus regnauit annis. xxx. non initio tantum regni: sed continuo totius temporis successu admirabiliter insignis. Huic successit filius Cambyses: qui imperio patris aegyptum adiecit: sed offensus superstitionibus aegyptiorum Apis caeterorumq; deorum aedes dirui iubet. Ad Ammonis quoq; nobilissimum templum expugnandum exercitum mittit: qui tempestatibus & harenarum molibus oppressus interiit. Post haec per quietem uidit fratrem suum Mergidem regnaturum: quo somnio exteritus non dubitauit post sacrilegia etiam parricidium facere. Erat enim difficile ut parceret suis: qui contemptu religionis crassatus etiam contra deos fuerat. Ad hoc tam crudele ministerium magum quendam ex amicis delegit nomine Gomarim. Interim ipse gladio sua sponte euaginato in femore grauius uulneratus occubuit: poenaeq; luit seu imperati parricidii: seu sacrilegii perpetrati. Quo nuncio accepto magus ante famam amissi regis occupat facinus: prostratoq; Mergide cui regnum debebatur: fratrem suum subiecit Horopastem. Erat enim oris & corporis liniamentis persimilis: ac nemine subesse dolum arbitrante pro Mergide rex Horopastes constituitur. Quae res eo occultior fuit: quod apud persas personas regis sub specie maiestatis occultitur. Igitur magi ad fauorem populi conciliandum tributa & militiae uacationem in triennium remittunt: ut regnum quod fraude quaesierant indulgentia & largitionibus confirmarent: quae res suspecta primo Orthani uiro nobili & in coniectura sagacissimo fuit. Itaq; per internuncios quaerit a filia: quae inter regias pellices erat: an Cyri regis filius rex esset. Et illa nec se scire ipsam ait: nec ex alia posse cognoscere: quia singulae seperatim recludantur. Tum pertractare dormienti caput iubet. Nam mago Cambyses aures utraq; preciderat. Factus deinde per filiam certior sine auri bus esse regem optimatibus persarum rem indicat: & in caedem falsi regis impulsos sacramentum religionis obstringit. Septem tantum conscii fuere huius coniurationis: qui ex continenti ne dato in poenitentia spacio res per quemq; narraretur: occultato sub ueste ferro ad regiam pergunt: ubi obuiis interfectis ad magos perueniunt. Quibus ne ipsis quidem animus in auxilium suum defuit. Siquidem stricto ferro duos de coniuratis interficiunt. Ipsi tamen corripuntur a pluribus: quorum alterum Gobryas amplexus magum cumstantibus sociis ne ipsum pro mago transiöderent: quia res obscuro loco gerebatur: uel per suum corpus adigi mago ferrum iussit. Fortuna tamen ita regente illo incolumi magus interficitur. Occisus magis magna quidem gloria recuperati regni principum fuit: sed multo maior in eo: quod cum de regno ambigerent concordare potuerunt: Erant enim & uirtute & nobilitate ita pares: ut difficilem ex his populo electionem aequalitas faceret: Ipsi igitur uiam inuenerunt: qua de se iudicium religioni & fortunae committerent: Pacti inter se sunt die statuta omnes equos ante regiam primo mane perducerent: & cuius equus ante solis ortum hinnitum prius edidisset: is rex esset. Nam & solem unum deum persae esse credunt: & equos eidem deo sacros ferunt. Erat inter coniuratos Darius Hystaspis filius: cui de regno sollicito equi custos ait: si ea res uictoriae moraretur: nil negotii superesse: perinde nocte equam pridie ante constitutam diem ad eundem locum ducit: ubiq; equae equum admittit: ratus ex uoluptate ueneris futurum: quod euenit. Postera die cum ad statutam horam omnes uenissent: Darii equus cognito loco ex desyderio foeminae hinnitum statim edidit: & signibus aliis felix auspiciu domino primus emisit: Tanta moderatio caeteris fuit: ut audito auspicio coestim equis desilierint: & darium regem salutarint: populus quoq; uniuersus secutus iudicium principum eundem constituit regem. Sic regnum persarum septem nobilissimorum uirtute quaesitum tam leui momento in unum collatum est. Incredibile prorsus pro tanta pietate gessisse eos: quod ut eriperent a magis: mori non recusarent: q̄q; propter formam uirtutemq; hoc imperio dignam & cognatione Dario iuncta cum pristinis regibus fuit. Principio igitur regni Cyri regis filiam regalibus nuptiis regnum firmaturus in matrimonium recepit: ut non tam in extraneum translatum q̄ in familiam Cyri reuerfurus uideretur. Interiecto deinde tempore cum assyrii desciuissent: & babyloniam occupassent: difficilisq; urbis expugnatio esset: astuante rege unus de interfecto ribus magorum zopyrus nomine domi se uerberibus lacerari toto corpore iubet: Nasum &

cc^o p^osum

Mors. Cui

Vires sanguis

Cambyses Rex.

Ammonis Templum

Mergidem

Gomarum Magus

Horopastes Rex p

Mergide

Rex apud persas

p̄ maiestate alant

Omnes

Magus Codonum

Gobryas

Darius Hystaspis
filius a su hunc
re scrip e q̄ sum.

Alt. Valen^o not
et herodotus

Darius Salutaris Rex

Zari filia

Zopyrus babyloniam trad. No.

Magus Reges

labia & aures sibi præcidi: atq; ita regi inopinati se offert. Attonitum & quærentem Darium causas auctoremq; tam foede lacerationis tacitus quo proposito fecerit edocet. formatoq; i futurum consilio transfugæ titulo babyloniam proficiscitur: Ibi ostendit populo laniatum corpus. Queritur crudelitatem regis a quo in regni portione non uirtute sed auspicio: non iudicio hominum sed hinnitu equi superatus sit. lubet illos ex amicis exemplum capere qd hostibus cauendum sit. Hortatur ne mœnibus magis q̄ armis confidant: patianturq; se com mune bellum recentiore ira gerere. Nota nobilitas uiri pariter & uirtus omnibus erat: nec de fide timebant cuius ueluti pignora uulnera corporis & iniuriæ notas habebant. Constituitur ergo dux omnium suffragio & accepta parua manu semel atq; iterum cedentibus ex consul to persis secunda prælia fecit. Ad postremum uniuersum sibi creditum exercitum regi pro diit: urbemq; ipsam in potestatem eius redegit. Post hæc Darius rex bellum scythis infert: quod sequenti uolumine referetur.

IVSTINI HISTORICI LIBER SECVNDVS.

de origine Scytharum et imperio eorum sicut dicitur in Herodoti hystoria 7 q̄ in le pro. 4. p. 10.

IN relatione rerum a scythis gestarum: quæ satis amplæ magnificæq; fuerunt: principium ab origine repetendum est. Non enim minus illustria initia q̄ imperium habuere non uirorum imperio magisq; foeminarum uirtutibus claruere. Quippe cum ipsi parthos bactrianosq; foeminae autem eorum amazonum regna condiderint: prorsus ut res gestas uirorum mulierumq; considerantibus scertum sit: uter apud eos sexus illustrior fuerit Scytharum gens antiquissima semper habitata: quanq̄ inter scythas & ægyptios diu contentio de generis uetustate fuerit: ægyptiis prædicantibus initio rerum cum aliæ terræ nimio feruore solis arderent: aliæ rigerent frigoris immanitate: ita ut non modo generare homines sed ne aduenas quidem recipere ac tueri possent: prius q̄ aduersus calorem: uel frigus uelamenta corporis inuenirentur: uel locorum uitia quæ sitis arte remediis mollirentur: Aegyptum ita temperatam semper fuisse: ut neq; hyberna frigora: nec æstiu solis ardores incolas eius premerent. Solum ita foecundum: ut alimentorum nulla terra feracior sit in usus hominum. Iure igitur ibi primum homines natos uideri debere: ubi educari facillime possent. Contra scythæ cæli temperamentum nullum esse uetustatis argumentum putabant. Quippe naturâ cum primum incrementa caloris & frigoris regionibus distinxerit: statim ad locorum patientiam animalia quoq; generasse: sed arborum atq; frugum pro regionum cõditione apte genera uariata. Et quanto scythis sit cælum asperius q̄ ægyptiis: tanto & corpora & ingenia esse duriora. Cæterum si mundi quæ nunc partes sunt: aliquando unitas fuit: siue illuuias a quarû præcipio rerû terras dirutas tenuit: siue ignis: qui & mundum genuit: cuncta possedit: utriusq; primordii scythas origine præstare. Nam si ignis prima possessio rerum fuit: qui paulatim extinctus sedem terris dedit nullam priusq̄ septentrionalem partem hyemis frigore ab igne secretam: adeo ut nunc quoq; nulla magis rigeat frigoribus. Aegyptum uerum & totum orientem tardissime temperatum: quippe qui etiam nunc torrêti calore solis exæstuet. Quod si omnes quondam terræ summersæ profundo fuerunt: profecto editissimam quinq; partem decurrentibus aquis prius detectam: humillimo autem solo eandem aqua diutissime immorata. Et quanto prior quæq; pars terrarû siccata sit: tâto prius animalia generare coepisse. Porro scythiam adeo editiorem omnibus terris esse: ut cuncta flumina ibi nata in mare mæoticum: tum deinde in ponticum & in ægyptium mare decurrant. Aegyptum autem quæ tot regum tot sæculorum cura impensaq; munita sit: & aduersus uim decurrentium aquarum tantis instructa molibus tot fossis concisa ut cum his arceantur: illis recipiantur aquæ. nihilominus coli nisi excluso nilo nõ potuerit: nec possit uideri hominum uetustate ultimam: quæ exaggerationibus regum siue nili trahentis limum terrarum recentissima uideatur. His igitur argumentis superatis ægyptiis antiquiores semper scythæ uisi. Scythia in orientem

Scythie

Sente parthos et Bactrianos qd fœmine Scythiarum Amazonum fœd condidit Scythie Alimik edyon

Egypti Calid et hinc

Scythia/alm et frigidu

porrecta includitur ab uno latere ponto: & ab altero montibus riphæis. A tergo asia & pha-
 si flumine multum in longitudinem & latitudinem patet. Hominibus iter se fines nulli: neq;
 enim agrum exercent; nec domus illis ulla aut tectum aut sedes est. Armenta & pecora sem-
 per pascenribus & per incultas solitudines errare solitis: uxores liberosq; secum plaustris ue-
 hunt. Quibus coriis imbrium hyemisq; causa tectis pro domibus utuntur. Iusticia gentis in
 genis culta non legibus. Nullum scelus apud eos furto grauius: quippe sine tecto munimen-
 toq; pecora & armenta habentibus: quid saluum esset: si furari liceret? Aurum & argentum
 perinde aspernantur: ac reliqui mortales appetunt: lacte & melle uescuntur. Lanæ uis usus ac
 uestium ignotus: & quanq̄ continuis frigoribus urantur: pellibus tamen ferinis aut murinis
 uestiuntur. Hæc continentia illis: morum quoq; iusticiam dedit nihil alienum concupiscen-
 tibus. Quippe diuitiarum cupido ibi est: ubi & usus. Atq; utinam reliquis mortalibus simi-
 lis moderatio & abstinentia alieni foret. Profecto non bellorum tantum per omnia sæcula
 terris omnibus continuaretur: neq; plus hominum ferrum & arma q̄ naturalis fatorum cõ-
 ditio raperet. Prorsus ut admirabile uideatur hoc illis naturam dare: quod græci longa sapien-
 tum doctrina præceptisq; philosophorum consequi nequeunt: cultosq; mores incultæ bar-
 baria collatione superari. Tanto plus in illis proficit uitiorum ignoratio q̄ in his cognitio
 uirtutis. Imperium asiæ ter quæsiuere scythæ: ipsi perpetuo ab alieno imperio aut intacti aut
 inuicti mansere. Darium regem perfarum turpi a scythia summouere fuga. Cyrum cū omni
 exercitu trucidarunt: Alexandri magni ducem Cæpyronam pari ratione cum copiis uniuersis
 deleuerunt: Romanorum audiuere: non sentire arma: Mox parthicum & bactrianum im-
 perium ipsi condiderunt: gens & laboribus & bellis aspera. Vires corporum immensæ: nihil
 paruere: quod amittere timeant: nihil uictores præter gloriam concupiscunt. Primus scythis
 bellum indixit Vexores rex ægyptius missis prius legatis: qui hostibus parendi legem dice-
 rent. Sed Scythæ iam antea de aduentu regis a finitimis certiores facti: legatis respondent. Tã
 opulenti populi ducem stollide aduersus inopes occupasse bellum: quod magis domi fuerit
 illi timendum: quod belli certamen anceps: præmia uictoriæ nulla damna manifesta sint. Igi-
 tur non expectaturos scythas: ut ad se ueniatur: cum tanto sibi in hoste plura concupiscenda
 sint: ultroq; prodituros obuiam. Nec dicto res morata: quos cum tanta celeritate uenire rex di-
 dicisset: in fugam uertitur: & exercitu cum omni apparatu belli relicto: in regnum trepidus
 se recepit. Scythas ab ægypto paludes prohibuere. Exinde reuersi asiam perdomitam uectiga-
 lem fecerunt: modico tributo: magis in titulum imperii: q̄ in uictoriæ premiũ imposito quin-
 decim annis pacandæ asiæ morati: Vxorum flagitione reuocantur: per legatos denuncianti-
 um ni redeant: sobolem se ex finitimis quæsituras: nec passuras ut in posteritatem scytharum
 genus per fœminas intercidat. His igitur asia per mille quingentos annos uectigalis fuit: pen-
 dendi tributi finem Ninus rex assyriorũ imposuit. Sed apud scythas medio tempore duo re-
 gni iuuenes Plinos & Scholopytus per factionem optimatum domo pulsi ingentem iuuentu-
 tem secum traxere: & in cappadocia ora iuxta amnem thermodoonta confedere: subiectosq;
 thermis cyraeos campos occupauere. Ibi per multos annos spoliare finitimos consueti: conspi-
 ratione populorum per insidias trucidantur. Horum uxores cum uiderent exilio suo addita
 orbitatem sumpserunt: sineq; suos sumsmouentes primo: mox inferentes bella defendunt. Nu-
 bendi quoq; finitimis animum omisere: seruitutem non matrimonium appellantes: singula-
 re omnium sæculorum exemplum. Auxere rempublicam sine uiris: iam etiam cum contem-
 ptu uirorum se tuentur: & ne feliciores aliæ aliis uiderentur: uiros: qui domi remanserant: in-
 terficiunt. Vtitionem quoq; cæsorum coniugium excidio finitimorum cõsequunt. Tũc pace
 armis quæsitæ ne gens interiret: concubitus finitimorum ineunt: Si qui mares nascerentur
 interficiebantur. Virgines in eundem ipsum morem non ocio neq; lanificio: sed armis: equis
 uenationibus exercebant: iniustis infantium dexteris mammis: ne sagittarum iactus im-
 pediretur: unde amazones dictæ sunt. Duæ reginae his fuere Marthesia & lampedo: quæ in
 duas partes agmine diuiso inclytæ iam opibus uicibus gerebant bella sollicitæ terminos al-
 ternos defendentes: & ne successibus deesset auctoritas generatas se Marte prædicabãt. Itaq; maio-
 re parte Europæ subacta asiæ quoq; nonnullas ciuitates occupauere. Ibi epheso multisq; aliis ur-
 bibus cõditis parte exercitus cū igeti præda domũ remittunt. Reliquæ q̄ ad tuendũ asiæ imperium

dyne continua
 Mores Scythum

Darius Scytharum
 Scythæ Asiam sup
 erat Darius
 Cyrus
 Alexander
 Lopyon
 Roman
 Vexores rex

Scythæ Egyptos
 fugant
 Asiam domant
 tributum faciunt
 et eis uectigal m
 ansit. m. s. annis.

Ninus rex assyri
 Plinos
 Scholopytus
 Thermodoonta A
 Onus Amazonum

Marthesia
 Lampedo Regine

Amazones maiores
 partem Europe sub
 iugit. Sic multis
 ciuitates occupat

Epheso et
 aliis urbes
 reddunt

remanserant:concurſu barbaroꝝ cum Martheſia regina interficiuntur.In cuius locum filia
 eius Orithya regno ſuccedit.Cui præter ſingularem belli induſtriam eximia ſeruata in omne
 æuam uirginitatis admiratio fuit.Huius uirtute tantum additū gloriæ & famæ amazonibus
 eſt:ut Herculi rex cui,xii.ſtipendia debebat:quaſi impoſſibile imperauerit:ut arma reginæ a
 mazonū ſibi afferret.Igitur eo profectus longis nouem nauibus comitante principum græ
 ciæ iuuentute inopinantes aggreditur.Duæ ex quattuor tunc ſorores amazonum regna tra
 ctabant:Antiope & Orithya:quæ Orithya foris bellum gerebat.Igitur cum Hercules ad lit
 rus amazonum applicuiſet infrequens multitudo cū Antiope regina nihil hoſtile metuen
 te erat. Quare effectum eſt ut pauca repente tumultu excitata arma ſumerent:facilemq;
 uictoriam hoſtibus darent.Multra itaq; cæſa captæq; in his duæ captæ ſunt Antiope ſoro
 res Menalippe ab Hercule:Hippolyte a Theſeo.Sed Theſeus obtentam in præmium captiuā
 eandem in matrimonium aſſumit:ex ea genuit Hippolytum Hercules poſt uictoriam Mena
 lippen captiuam ſorori reddidit:& præcium arma reginæ accepit. Atq; ita imperio functus ad
 regem reuertitur.Sed Orithya ubi comperit bellum ſororibus illatum & raptorem eſſe athe
 niensium principem:hortatur comites in ultionem:fruſtraq; ponti finum & aſiam domitam
 eſſe dicit:ſi græcoꝝ non tam bellis quam rapinis pateant.Auxilium deinde a Sagillo rege ſcy
 tharū petit. Genus ſe ſcytharum eſſe:cladem uiroꝝ:neceſſitatem armorū:belli cauſas oſten
 dit,aſſecutaſq; uirtute ne ſegniores uiris ſcæminas habere ſcythæ uideantur. Morus ille do
 diſſenſione orta ab auxiliis deſertæ bello ab athenienſibus uincuntur.Receptaculum tamen
 Orithyam Pantefilea regno potita eſt:cuius troiano bello inter fortiffimos uiros cum auxi
 lium aduerſos græcos ferret magnæ uirtutis documenta extitere.Interfecta demum Pantefi
 lea exercituq; eius abſumpto pauca quæ remaſerant:aggre ſe aduerſus finitimos defendentes
 uſq; ad tempora Alexandri magni durauerunt.Harum Minithia ſiue Caleſtris regina concu
 bitu Alexandri per dies,xiii.ad ſobolem ex eo generandam obtento reuerſa in regnum bre
 uis poſt tempore cum omni amazonum nomine intercidit.Scythæ autem tertia expeditione
 aſiana cum annis,vii.a coniugibus & liberis abſuiſſent:ſeruili bello domi excipiuntur. Qui
 pe coniuges eorum longa expectatione uiroꝝ ſeſſæ:nec iam teneri bello ſed delectos rata
 ſeruis ad cuſtodiam pecoris relictis nubunt:qui reuerſos cum uictoria dominos uelut adue
 nas armati finibus prohibent. Quibus cum uaria uictoria fuiſſet:admonentur Scythæ muta
 re genus pugnæ:memores non cum hoſtibus ſed cum ſeruis præliandum:nec armorum ſed
 dominorum iure uincendos:uerbera in aciem non tela ferenda:omiſſoq; ferro uirgas & fla
 gella cæteraq; ſeruiliſ metus paranda inſtrumenta.Probato omnes conſilio inſtructi ſicut p
 ceptum erat:poſtea q; ad hoſtes acceſſere inopinantibus uerbera intentant:adeoq; illos pertur
 bant:ut quos ferro non poterant metu uerberum uincerent:fugamq; non ut hoſtes uicti:ſed
 ut fugitiui ſerui capeſſerent:quicunq; capi potuerunt:ſupplicia crucibus luerunt. Mulieres
 thas pax fuit uſq; tempora Lanthini regis.huic Darius rex perſarum:ſicut ſupra dictum eſt:
 cum filia eius nuptias non obtinuiſſet:bellum intulit:& armatis ſeptingentis milibus homi
 nu ſcythiam ingreſſus non facientibus hoſtibus pugnæ poteſtatem metuens ne interrupto
 quæ iactura abundante multitudine inter damna numerata non eſt.Inde aſiam & macedoni
 am domuit.Ionas quoq; nauali prælio ſuperat.Demū cognito ꝓ athenienſes Ioniis auxilium
 uentū eſt:quæ non modo ultra ſpem gerendi:uerū etiam ultra geſti fidem parata ſunt
 operamq; athenienſium effectum maiora q; uoto fuerūt:paucis uerbis origo repetenda eſt:qa
 non ut cæteræ gentes a ſordidis initiis ad ſummam creuere.Soli enim præter q; in cimento
 etiam origine gloriant. Quippe non aduenæ neq; paſſim collecta populi colluies originem
 urbi dedit:ſed in eodē nati ſolo:qd incolūt:& quæ illis ſedes eadem origo eſt. Primi lanificii
 & olei & uini uſum docuere:arare quoq; & ſerere frumenta glande ueſcentibus monſtraue
 runt:litteræ certe ac facundia & hic ciuiliſ ordo diſciplinæ ueſti templum athenas habent.

Martheſia Rex
 Orithya Regina

Hercules.

Antiope
Orithya

Menalippe
Hippolyte
Theſeus. Hippolyte

Sagillus Rex

Pantaxatorum

Pantefilea

Caleſtris Regina

Seni Scytharum be
nny dno

Lanthinus Rex
Darius Rex
Ioni
Iſtar fl. Ixxx

Jonas
Athenienſes

ſolum militarium
Athen dno

372

Ante deucalionis tempora regem habuere Cecropem: quem: ut omnis antiquitas fabulata est: bififormem prodidere: quia prius marem foeminae matrimonio iunxit. Huic successit Granatus: cuius filia athis regioni nomen dedit. Post hunc Amphionides regnavit: qui primus Minervae urbem sacrauit: & nomen civitati Athenas dedit. Huius temporibus aquae illuies maiorem partem graeciae absumpsit. Superfuere quos refugia montium receperunt: aut ad regem Thessaliae Deucalionem ratibus uecti sunt: a quo praeterea genus hominum conditum dicitur per ordinem deinde successione regnum ad Herethaem descendit: sub quo frumentatio fatio apud eleusina a Triptolemo reperta: in cuius muneris honorem noctes initiorum sacratae. Tenuit & Aegeus Thesei pater Athenis regnum: a quo per diuortium decedens Medea propter adultam priuigni aetatem colchos cum Medo filio ex Aegeo suscepto concessit. Post Aegeum Theseus ac deinde post Thesei filius Demophoon: qui auxilium graecis aduersus troianos tulit: regnum possedit. Erant inter athenienses & Dorienses simultatum uectus offensae: quas uindicaturi bello Dorienses de euentu belli oracula consuluerunt: responsum superiores fore: ni regem atheniensium occidissent. Cum uentum esset in praedium militibus ante omnia custodiae regis praecipitur. Atheniensibus eo tempore rex Codrus erat: qui & responsio dei & praecipit hostium cognitis permutato regis habitu pannosus farmenta collo gerens castra hostium ingreditur. Ibi in turba obstitentium a milite: quem falce astu uulnauerat: interficitur. Cognito regis corpore Dorienses sine praedio discedunt: Atque ita Atheniensis uirtute ducis pro salute patriae morti se offerentis bello liberant. Post Codrum nemo Athenis regnavit: quod memoriae nominis eius tributum est. Administratio reipublicae annuis magistratibus permessa est. Sed civitati nullae leges tunc erant: quia libido regum pro legibus habebatur. Eligitur itaque Solon uir iusticia insignis: qui uelut nouam civitatem legibus conderet: qui tanto temperamento inter plebem senatumque egit: cum si quid pro altero ordine tulisset: alteri displicere uideretur: ut ab utrisque parem gratiam traheret. Huius uiri inter multa egregia & istud memorabile fuit: inter Athenienses & Megareses de proprietate salaminae insulae prope usque ad interitum armis dimicatum fuerat. Post clades multas capitale esse apud Athenienses coepit: si quis legem de uendicanda insula tulisset. Sollicitus igitur Solon ne aut tacendo pauper reipublicae consuleret: aut cecidendo periculum sibi afferret: subita demencia simulat: cuius uenia non dicturus modo prohibita sed facturus erat: Deformis habitu more uacordium in publicum euolat: factoque concursu hominum quo magis consilium dissimularet insolitis sibi uersibus suadere populo coepit: quod uerebatur: omniumque aios ita coepit: ut exemplo bellum aduersus megareses decerneretur: insulaque deuictis hostibus atheniensium fieret. Inter ea Megareses memores illati ab atheniensibus belli: & ueriti ne frustra arma mouisse uiderentur: matronas atheniensium in eleusinis sacris noctu oppressuri naues conscendunt: quare cognita dux Atheniensium Pisistratus iuuentutem in insidiis collocat: iussis matronis solito clamore ac strepitu etiam in accessu hostium ne intellectos se sentiant sacra celebrare egressosque nauibus megareses inopinantes aggressus deleuit: ac protinus classe captiua intermixtis mulieribus ut speciem captiuae matronarum praebent: Megaram contendit. Illi cum nauium formam & petitam praedam agnoscerent: obuii ad portum procedunt: quibus caesis Pisistratus & paululum a capienda urbe abfuit. Ita megareses suis dolis hosti uictoriam dedere. Sed pisistratus quasi sibi non patriae uicisset: tyrannidem per dolum occupat. Quippe uerberibus uoluntariis domi affectus laceratoque corpore in publicum progreditur: & aduocata concione uulnera populo ostendit: de crudelitate principum: a quibus hoc se passum simulabat: quaeritur: adduntur uocibus lachrymae: & inuidiosa oratione multitudo credula incenditur: amore plebis inuisum se senatui affirmat: obtinet ad custodiam corporis sui satelirum auxilium: per quos occupata Tyrannide per annos xxxiiii. regnavit. Post cuius mortem Diocles alter ex filiis per uim stuprata uirgine a fratre puellae interficitur. Alter Hippas nomine cum imperium paternum teneret: interfectorem fratris comprehendi iubet: qui cum per tormenta confisos caedis nominare cogeretur: omnes amicos tyranni nominauit: quibus interfectis quaerenti tyranno an adhuc reliqui confesi essent: nemo ait: superest: quem amplius mori gestiam quam ipsum tyrannum: qua uoce eiusdem tyranni se uictorem post uindictam pudicitiae sororis ostendit. Huius uirtute cum admonita ciuitas libertatis esset: tandem Hippas regno pulsus in exilium agitur: qui profectus in perlas ducem se Dario in-

*Demophon Rex Isth.
Rex Athen. infirmit.
traditur. Graec. sp.
Athis filia
Amphionides
Minerva
Triptolemus
Eleusina
Triptolemo
Aegaeus
Theseus
Medea
Medus
Dorienses.*

*Codrus Rex pro
patria uolens m.
interitur.*

Solon

*Megareses
Salamina insula.*

*Solon simulat in
simam*

*Eleusina sacra
Pisistratus dolo
dolo hostium eos
superat.*

*Pisistratus dolo
tyrannidem omni
paratibnas*

*Diocles
Hippas*

ferenti atheniensibus bellum. sicuti supra significatum est: aduersus patriam suam offert. Igitur athenienses audito Darii aduentu auxilium a lacedaemoniis socia tunc ciuitate petierunt: Quos ubi uiderunt quatridui teneri religione: non expectato auxilio instructis decem milibus ciuium & platenfibus auxiliariis mille aduersus sexcenta milia hostium in campos marathonios in praelium egrediuntur. Milciades & dux belli erat & auctor non expectandi auxilii: quem tanta fiducia coeperat ut plus praesidii in celeritate quam in sociis duceret. Magna igitur currentibus in pugnam alacritas animorum fuit: adeo ut cum mille passus inter duas acies essent: citato cursu ante iactus sagittarum ad hostem ueniret. nec audaciae eius euentus defuit. Pugnatum est enim tanta uirtute: ut hinc uiros inde pecudes putares. uicti per se in naues confugerunt: ex quibus multae suppressae: multae captae. In eo praelio tanta uirtus singulorum fuit: ut cuius laus prima esset: difficile iudicium uideretur. inter caeteros tamen Themistoclis adolescentis gloria emicuit in quo iam tunc indoles futurae imperatoriae uirtutis apparuit: Cynigeri quoque militis atheniensis gloria magnis scriptorum laudibus celebrata est: qui post praelii innumeras caedes cum fugientes hostes ad naues egissent: onustam nauem dextra manu tenuit: nec prius dimisit: quam manum amitteret. Tum quoque amputata dextra nauem sinistra comprehendit: quam & ipsam cum amisisset: ad postremum morsu nauem detinuit. Tantam in eo uirtutem fuisse: ut non tot caedibus fatigatus: non ambabus manibus amissis uictus ad postremum truncus & ueluti rabida fera dentibus dimicauerit: ducenta milia per se eo praelio sine nauigio amiserunt. Cecidit & Hippas tyrannus Atheniensis auctor & concitator eius belli diis patriae ultoribus poenas repetentibus. Interea & Darius cum bellum instauraret: in ipso apparatu decidit: relictis multis filiis & in regno & ante regnum susceptis. Ex his Arthemenes maximus natu aetatis priuilegio regnum sibi uindicabat: quod ius & ordo nascentibus & natura ipsa gentibus dedit. Porro Xerxes controuersiam non de ordine sed de nascendi felicitate referebat. Nam quod arthemenum primum quidem Dario sed priuato prouenisse: se regi primum natum: fratres itaque suos: qui ante geniti essent priuato priuatum patrimonium quod eo tempore Darius habuisset: non regnum sibi uendicare posse: se esse primum: quem in regnum rex pater sustulerit. Huc accedere quod Arthemenes non patre tantum sed & matre priuatae adhuc fortunae auo quoque materno priuato creatus sit: se uero & matre regina natum: & patrem non nisi regem uidisse: auum quoque maternum Cyrum regem habuisse non heredem: sed conditorem tanti regni. Itaque & si aequo iure utrumque fratrem pater reliquisset: materno se tamen iure & auito uincere. Hoc certamen concordi animo ad patruum suum Anafarnem ueluti ad domesticum iudicem deferunt: qui domi cognita causa Xerxem praeposuit: adeoque fraterna contentio fuit: ut nec uictor insultauerit: nec uictus indoluerit ipsoque litis tempore inuicem munera miserint: & iucunda quoque inter se non solum crudelia conuiuia habuerint. Iudicium quoque ipsum sine arbitris sine conuicio fuerit. Tanto moderatius tamen fratres inter se regna maxima diuidebant: quanto nunc exigua patrimonia partiuntur. Igitur Xerxes bellum a patre acceptum aduersus graeciam per quinquenium instruxit. Quod ubi primum didicit Damaeus rex lacedaemoniorum: qui apud Xerxem exulabat: amicior patriae post fugam quam regi post beneficia: ne inopinato bello opprimerentur: omnia in tabellis ligneis magistratibus perscripsit: easdemque caera super inducta delecte: ne aut scriptura sine tegmine iudicium daret: aut recens caera dolum proderet. Fido deinde seruo perferendas tradit: iussu magistratibus spartanorum tradere. quibus perlatis lacedaemona quaestioni res diu fuit: quod neque scriptum aliquid uiderent: nec frustra missas suspicarentur: tantoque rem maiorem: quanto sit occultior putabant. Haerentibus in coniectura uiris soror regis leonidae consilium scribentis inuenit. Erasa igitur caera belli consilia deteguntur: iam Xerxes septingenta millia de regno armauerat: & trecenta milia de auxiliis: ut non in merito proditum sit: flumina ab exercitu eius siccata: graeciamque omnem uix capere exercitum eius potuisse. Naues quoque decies centum millia numero habuisse dicitur. Huic tanto agmini dux absuit. Caeterum si regem spectes: diuitias non ducem laudes: quarum tanta copia in regno eius fuit: ut cum flumina multitudinem consumerentur: opes tamen regiae superessent. Ipse autem primus in fuga: postremus in praelio semper uisus est: in periculis timidus: sicubi metus abesset inflatus. Denique ante experimentum belli fiducia uirium ueluti naturae ipsius dominus & montes in planum deducebat & conuexa uallium aequabat: & quaedam maria pontibus sternebat: quaedam ad navigationis commodum per copediū ducebat: cuius introitus in graeciam quae terribilis: tam turpis ac foedus discussus fuit. Namque cum Leonida rex spartanorum cum quattuor milibus militum angustias thermo-

Darius
Sardemom
platenfibus
Miltiades

Themistocles
Cyniger

in platu mori
Hippas mori
Damaeus

Arthemenes rex
per daram me nate
Xerxes

Arthemenes
Mina conuoc. firm

Damaeus rex
Damaeus
Spartanum lat. id

Leonides
C. m.
S. m. ex. m.

Naues decies centum
Julia

Leonidas spartan
rex audacissim

pylae occupasset: Xerxes contemptu paucitatis eos pugnam capescere iubet: quorum cognati Marathoniam pugnam interfecisti fuerunt: qui dum ulcisci suos quaerunt: principium cladis fuere succedente deinde inutili turba maior caedes aeditur: Triduo ibi cum dolore & indignatione pugnae dimicatum. quarto die cum nuntiatum esset Leonidae a. xx. milibus hostium summum cacumem teneri: tunc hortatur socios recedant: & se ad meliora patriae tempora referunt sibi cum spartanis fortunam experiendam: plura patriae quam uitae debere: ceteros ad perfidia graeciae seruandos. Audito regis imperio discessere ceteri: soli lacedaemonii remanserunt. Initio huius belli sciscitantibus delphis oracula responsum fuerat: aut regi spartanorum: aut urbi cadendum. Et ideo cum rex Leonides in bellum proficisceret: ita suos firmauerat: ut regem se parato ad moriendum animo scirent: Angustias praeterea occupauerat: ut cum paucis aut maiore gloria uinceret: aut minore damno reipublicae caderet. Dimissis igitur sociis: hortatur: spartanos: meminerint: qualitercumque praeliarentur: cadendum esse: cauerent: ne fortius mansisse quam dimicasse uideantur: nec expectandum ut ab hoste circumuenirent: sed cum nox occasionem daret securis & laetis superueniendum: nusquam uictores honestius quam in castris hostium perituros: Nihil erat difficile persuadere persuasis mori. statim arma capiunt: & sexcenti uiri castra quingentorum milium irrumpunt. Statimque regis praetorium petunt: aut cum illo aut si ipsi oppressi essent: in ipsis potissimum sede morituri. Tumultus totius castris oritur. Spartani posteaque regem non inueniunt: per omnia castra uictores uagantur: cedunt: sternuntque omnia ut qui sciant se pugnare: non spe uictoriae sed in mortis ultione. Praelium a principio noctis in maiorem partem diei tractum. Ad postremum non uicti: sed uincendo fatigati inter ingentes stratorum hostium cateruas occiderunt. Xerxes duobus uulneribus terrestri praelio acceptis experiri maris fortunam statuit. Sed Atheniensium dux Themistocles cum aduertisset Ionas: propter quos bellum peragebat rex susceperat: in auxilium regis classe uenisse: sollicitare eos in partes suas statuit. Et cum colloquendi copiam non haberent: quo applicituri erant: symbolos proponi: & saxa perscribi curat. Quae uos Iones dedemertia tenet: quod facinus agitis: bellum inferre olim conditoribus uestris nuper etiam iudicibus cogitatis. An ideo moenia uestra condidimus: ut essent: qui nostra delerent: quid si non haec & Dario prius & nunc Xerxi belli causa nobiscum foret: quid uos rebellantes non destituimus: quin uos in haec nostra castra ex ista obsidione transitis? Aut si hoc parum tutum extat uos commisso praelio. Ite cessum: inhibete remos: & a bello discedite. Ante naualis praelii congressione miserat Xerxes quattuor milia armatorum delphos ad templum apollinis diripiendum: praefus quasi non cum graecis tantum sed cum diis immortalibus bellum gereret: quae manus tota insulis & fluminibus deleta est: ut intelligeret: quanto grauior offensa deorum esset: tanto nullas esse hominum aduersus deos uires. Post haec Thespiadas: & plateas & Athenas uacuas hominibus incedit: & quoniam ferro non poterat in homines: in aedificia igne crassat. Namque athenienses post pugnam marathoniā praemonente Themistocle. uictoriam illam de persis non sine sed causam maioris belli fore. cccc. naues fabricauerunt. Aduentante igitur Xerxe consulentibus delphis oraculum responsum fuerat. salutem muris ligneis tuerentur. Themistocles nauium praesidium demonstratum ratus: persuadet omnibus patriam municipales esse non moenia: ciuitatemque non in aedificiis sed in ciuibus positam. Melius itaque salutem nauibus quam urbi commissuros: huius sententiae etiam deum auctorem esse. Probato consilio coniuges liberosque cum preciosissimis rebus abditis insulis relicta urbe demandant. Ipsi naues armati conscendunt: exemplum atheniensium & aliarum urbium imitatae. Itaque cum adunata omnis sociorum classis: & intenta in bellum nauale esset: angustiasque salaminii freti ne circumueniri a multitudine possent: occupassent: dissensio inter ciuitatum principes oritur: qui cum deserto bello ad sua tuenda dilabi uellent: timens Themistocles ne discessu sociorum minuerentur: per seruum fidum Xerxi nunciat uno in loco contractam graeciam posse capere facillime: & si ciuitates quae iam abire uellent: dissipentur maiore labore ei singulas consecutadas. Hoc dolo impellit regem signum pugnae dare. Graeci quoque aduentu hostium occupati praelium collatis uiribus capessunt. Interea Rex uelut spectator pugnae cum parte nauium in littore remanet. Artemisia autem regina alicar naassis quae in auxilium Xerxi uenerat inter primos duces bellum acerrime ciebat: quippe ut in uiro muliebrem timorem ita in muliere uirilem audaciam cerneret. Cum anceps praelium esset: Iones iuxta praecipitum Themistoclis pugnae se paulatim subtrahere coeperunt: quorum defectio animos ceteris fregit. Itaque circumspicientes fugam pelluntur per se: & mox praelio uicti in fugam uertuntur. In qua trepidatione multae summersae naues. multae captae sunt: plures tamen non minus saeuitiam regis quam hostem timentes domum dilabuntur. Hac

miophyle
nathos

animum delphorum.
mae Leonide

Ani suat. Em
is agreduntur

mirodes.
rats

Xerxis uulneribus et
uulneribus uerunt

miplia regina

sa uerantur

clade percussum: & dubium consilii Xerxem Mardonius aggreditur. Hortatur: ut in regnum abeat nequid seditionis moueat fama aduersi belli: & in maius sicuti mos est: omnia extolles sibi. ccc. milia armatorum lecta ex omnibus copiis relinquat: qua manu aut cum gloria eius perdomitum se gratia: aut si aliter euerus ferat: sine eiusdem infamia hostibus cessum. Probato consilio Mardonio exercitus traditur: reliquas copias rex ipse reducere in regnum parat. Sed graeci audita regis fuga consilium inuentis potius interrupti: quem ille abido uelut uictor maris fecerat: ut intercluso aditu aut cum exercitu deleret: aut desperatione regis pacem uictus petere cogeretur. Sed Themistocles timens ne interclusi hostes desperatione in uirtutem uerterent: & iter quod aliter non pateret: ferro patefaceret: satis multos hostes in graecia remanere dictitans nec augeri numero retinendo oportere: cum uincere consilio ceteros non posset: eundem seruum ad Xerxem mittit: certiorumque consilii facit: & occupare transitum matura fuga iubet. Ille percussus nuncio tradit ducibus milites producidos: ipse cum paucis Abydo contendit. Vbi cum solum pontem hybernis tempestatibus offendisset: piscatoria scapha traiecit trepidus. Erat res spectaculo digna: & ad aestimationem regis humanae fortis uarietate miranda. In exiguo lateorem uidere nauigio: quem paulo ante uix aequor omne capiebat: carerem etiam omni seruorum ministerio: cuius exercitus propter multitudinem terrae graues erant. Nec pedestribus copiis quas ducibus assignauerat feliciter iter fuit. Si quidem quotidiano labori (neque enim ulla est metuentibus quies) etiam fames accesserat. Multorum deinde diebus inopia contraxerat & pestem: tantaque foeditas morientium fuit: ut uiae cadaueribus implerentur: alitesque & bestiae eae illecebris sollicitatae exercitum sequeretur. Interim Mardonius olyntum in graecia expugnat. Athenienses quoque in spem pacis amicitiaeque regis sollicitati: spondens in censura eorum urbis etiam in maius restitutionem. Posteaque nullo precio libertatem uidit his uenalem in censura: quae aedificare coeperat: copias in boetiam transfert: et graecorum exercitus qui centum milium fuit: secutus est. Ibique praelium commissum: sed fortuna regis cum duce mutata non est. Nam uictus Mardonius ueluti ex naufragio cum paucis profugit: castra referta regalis opulenta capta sunt. Unde primum graecos diuiso iter se auro profugo diuitiarumque luxuria cepit. Eodem forte die quo Mardonii copia deleta sunt: etiam nauali praelio in asia sub monte mycale aduersus persas dimicatum est. Ibi ante congressione cum clausis ex aduerso starent: fama ad utrumque exercitum uenit uicisse graecos: & Mardonii copias occisione cecidisse: tantam famam uelocitate fuisse: ut cum matutino tempore praelium in boetiam commissum sit: meridianis horis in asia per tot maria & tantum spatium tam breui horae momento de uictoria nunciatum sit. Confecto bello cum de praemiis ciuitatum ageret: totum iudicio atheniensem uirtus ceteris praetula. Inter duces quoque Themistocles princeps ciuitatum testimonio iudicatus: gloria patriae suae auxit. Igitur Athenienses aucti & praemiis belli & gloria urbem ex integro condere moluntur. Cum moenia maiora complexi fuissent: suspecti esse lacedaemoniis coepere: recte reputantibus ruinam urbis tantum incrementi dedisse: quantum sit datura munita ciuitas. Mittunt ergo legatos: qui moneant ne munimenta hostibus & receptacula futuri rursus belli causam extruant. Themistocles: ut uidit: spei urbis iuideri non existimans abrupte agendum: respondit legatis. ituros lacadaemonia: de ea re pariter cum illis consulat. Sic dimissis spartanis: hortatur suos: ut opus maturerent. Deinde ipse interiecto tempore in legationem proficiscitur: & nunc in itinere infirmitate simulata: nunc tarditatem collegarum accusas: sine quibus agi iure nihil possit: diem de die proferendo spatium consumando operi quaerebat: cum interim nunciatur spartanis opus Atheniensium maturari: propter quod denuo legatos mittunt ad inspiciendam rem. Tum Themistocles per seruum magistratibus scribit: Lacedaemonum legatos uinciant: pignusque teneant: ne in se grauius consulatur. adit deinde concionem lacedaemoniorum: indicat permunitas Athenas esse: & posse illatum bellum non armis tantum sed etiam muris sustinere. Si quod ob eam rem de se crudelius statuerent: legatos eorum athenis in hoc pignus retentos: grauius deinde castigat eos: qui non uirtute sed imbecillitate sociorum potentiam quaerent. Sic dimissis ueluti triumphatis spartanis a ciuibus excipitur. Post haec spartani ne uires ocio corrumperent: & ut bis illatum a persis graeciae bellum ulciscerentur: intro fines eorum depopulantur: ducem suo sociorumque exercitui diligunt Pausaniam: qui pro ducatu regnum graeciae affectans perditio nis praemium cum Xerxe nuptias filiae eius paciscitur redditis captiuis: ut fides regis aliquo beneficio obstringeretur. Scribit praeterea Xerxi quoscunque ad se nuncios misisset: interficere: ne res loquacitate hominum proderetur. Sed dux Atheniensium Aristides belli socius electus collegae conatibus obuiam eundo simul & in rem sapienter consulendo prodicionis consilia discussit. Nec multo post accusatus Pausanias: damnatur. Igitur Xerxes cum pro-

Themistocles fuga
Mardonium

phibent Atheniensium
Mordia duci lacadaemonia suam

704

Pausanias
Mordia
Aristides

ditionis dolum publicatum uideret: ex integro bellum instituit. Græci quoque ducem instituunt Cimonem Atheniensem filium Milciadis: quo duce apud Marathonem pugnatum est: iuuenem cuius magnitudinem futuram pietatis documenta prodiderunt. Quippe patre ob crimen peculatus in carcerem coiectum ibique defunctum translatis in se uinculis ad sepulchrum redemit. Nec in bello iudicium diligentium sefellit. Siquidem non inferior uirtutibus patris Xerxe terrestri naualique bello superatum trepidum se recipere in regnum coegit.

IVSTINI HISTORICI LIBER TERTIVS.

Xerxes rex persarum terror antea gentium bello in graecia infeliciter gesto etiam suis contemptui esse coepit. Quippe Artabanus praefectus eius deficiente quotidie regis maiestate in spem regni adductus cum septem robustissimis filiis regiam uespero ingreditur. Nam amicitiae iure semper illi patebat. Trucidatoque rege uoto suo obfistentes filios eius dolo aggreditur. Securiore de Artaxerxe puero admodum fingit regem a Dario qui erat adolescens: quo maturius regno potietur occisum impellit Artaxerxem parricidium parricidio uindicare. Cum uentum esset ad domum Darii dormiens inuentus quasi sonum fingeret interficitur: Deinde cum unum ex regis filiis sceleri superesse Artabanus uideret: metueretque de regno: certamina principum assumit in societatem consilii Baccabassum qui praesenti statu contentus rem prodit Artaxerxi: ut pater eius occisus sit: ut frater falsa parricidii suspitione oppressus: ut denique ipsi pararentur insidiae. His cognitis Artaxerxes uerens Artabani numerum filiorum: in posterum diem paratum esse exercitum armatumque iubet: recogniturus & numerum militum: & in armis industriam singulorum. Itaque cum inter caeteros & ipse Artabanus armatus assisteret: rex simul lat se breuiorem lorica habere. Iubet Artabanum secum commutare: exuentem se ac nudatum gladio traiecit. Tum & filios eius corripit iubet: atque ita egregius adolescens & eadem patris & necem fratris & se ab insidiis Artabani uindicauit. Dum haec in persis geruntur: interea graecia omnis ducibus lacedaemoniis & Atheniensibus in duas diuisa partes ab externis bellis uelut in uiscera: sua arma conuertit. Fiunt igitur de uno populo duo corpora: & eorundem castrorum homines in duos hostiles exercitus diuiduntur. Hinc lacedaemonii communia quondam ciuitatum auxilia ad uires suas trahebant. Inde Athenienses & uetustate gentis & gestis rebus illustres propriis uiribus confidebant. Atque ita duo potentissimi graeciae populi institutis Solonis & Licurgi legibus pares ex aemulatione uirium in bellum ruebant. Namque Licurgus cum fratri suo Polibitae spartanorum regi successisset: regnumque sibi uendicare potuisset. Carillao filio eius qui natus posthumus fuerat: cum ad aetatem adultam uenisset: regnum summa fide restituit: ut intelligerent omnes quanto plus apud bonos pietatis iura quam omnes opes ualerent. Medio igitur tempore dum infans conualescit: tutelamque eius administrat: non habentibus spartanis leges instituit. non inuentione earum magisque exemplo clarior. Siquidem nihil lege ulla in alio sanxit: cuius non ipse primus in se documenta daret: populum in obsequia principum: principes ad iusticiam imperiorum firmavit. Parsimoniam omnibus suauiter: existimans laborem militiae assidua frugalitatis consuetudine faciliorem fore. Emi singula non pecunia sed copulatione mercium iussit. Auri argenti que usum uelut omnium scelestae materiam sustulit. Administrationem reipublicae per ordines diuisit. Regibus potestatem bellicam: magistratibus iudicia & annuas successiones: senatui custodiam legum: populo sublegendi senatum uel creandi quos uellet magistratus potestatem permisit: fundos omnium aequaliter inter omnes diuisit: ut aequa patrimonium neminem potestatem alteri redderet: conuiuari omnes publice iussit: ne cuique diuitiae uel luxuria in occulto esset. Iuuenibus non amplius una ueste uti toto anno permisit: nec quem cultius alterum perire: nec epulari opulentius ne imitatio in luxuriam uertere. Pueros puberes non in foris sed in agris deduci precepit: ut primos annos non in luxuria sed in ope & in laboribus agerent. Nihil eos soni causa substernere. & uitam sine pulmento degere: neque prius in urbem redire quam uiri facti essent: statuit uirgines sine dote nubem iussit ut uxores eligerent non pecuniam: seueriusque matrimonia sua uiri coererent: cum nullis dotis frangis tenerent. Maximum honorem non diuitum & potentum sed pro gradu aetatis senum esse uoluit. Nec sane usque terrarum locum honoratorem senectus habet. Haec quoniam primo solitis antea moribus dura uidebantur esse auctorem eorum Apollinem delphicum fingit: & inde se ea ex precepto numinis detulisse: ut consuescendi terribili metus religionis euicant. Deinde ut aeternitatem legibus suis daret iureiurando obligat ciuitatem: nihil eos de eius legibus mutaturos priusquam reuertere: & simulat

Simonem
lades
Seo uicario Imperat.

Artabanus
Artaxerxes
Baccabassum

Artabanus moris.

Senao mit lat et
hemense.

on
inguis leg aduers

Angi laudabilis
Sta.
Long ca.

se ad oraculum delphicum proficisci consultiq; quid addendum mutandumq; legibus uide-
retur. Proficiscitur autem cretam: ibiq; perpetuū exilium agit: abiiciq; i mare ossa sua mori-
ens iussit: ne relatis lacedæmona solutos se spartani religione iusiurandi & dissoluendis legi-
bus arbitrarentur. His igitur moribus ita breui ciuitas conualuit: ut cum messeniis ppter stru-
paras uirgines suas in solenni messeniorum sacrificio bellum intulissent: grauissima execratō
ne obstrinxerit nō priusq; Messeniam expugnassent reuersuros: tātum sibi uel de uiribus suis
uel de fortuna spondentes: quæ res initium dissentionis græciæ & intestini belli causa & ori-
go fuit. Itaq; cum cōtra præsumptionem suam ānis decem in obsidiōe urbis tenerentur: & q-
relis uxore post tam longam uiduitatem reuocarentur: ueriti ne hac pseuerantia belli grauius
sibi q; Messeniis nocerent: quippe illis quātum iuuentutis bello intercidat mulieræ fœcūditate
suppleri: sibi & belli damna assidua & fœcūditatem uxore absentibus uiris nullam esse. Ita
que legunt iuuenes ex eo genere militum: qui post iusiurandum in supplementum uenerant: q-
bus spartam remisit: pmissuos omnium fœminæ concubitus permiserat: maturiorem futu-
ram conceptionem rati: si eam singulæ per plures uiros experirentur. Ex his nati ob notā ma-
terni pudoris parthenii sunt euocati: q; cum ad annos triginta peruenissent: metu inopiæ (nul-
li enim pater existerat: cuius in patrimonium successio speraretur) ducem Phalantū assumūt
filium Araci: qui auctor spartanis fuerat iuuentutis ad generandam sobolē domū remitten-
dæ. Ut sicuti dudum patrem eius nascēdi habuissent auctore: sic ipsum spei ac dignitatis suæ
haberent. Itaq; nec salutatis matribus quæ adulterio infamiā collegisse uidebantur: ad sedes
requirendas pficiscuntur: diuq; & per uarios casus iactati tandem in italiā deserūt: & oppu-
gnata arce Tarentinorū expugnatis ueteribus incolis sedem sibi constituunt. Sed post annos
plurimos dux eorū Phalantus per feditionem in exilium perturbatus Brūdusium se contulit:
quo expulsi fedibus suis ueteres tarentini concesserāt. Is moriens persuadet ut ossa sua postre-
masq; reliquias cōterant: & tacite spargi in foro tarentinorū curent. Hoc enim modo recupe-
rare illos patriā suam posse Apollinem delphis cecinisse illi arbitantes eum in ultionem sui
facta ciuium pdidisse præceptis paruere: sed oraculi diuersa sententia fuerat: ppetuitatem enī
urbis nō amissionem hoc facto: pmiserat. Itaq; ducis exulis consilio & hostium ministerio pos-
sessio tarentina partheniis in æternū fundata. ob cuius beneficii memoriam Phalanto diuini
honores decreuere. Interea Messenii cum uirtute nō possent per insidias expugnari. Deinde
cum per annos. lxxx. grauiā seruitutis uerbera plærūq; uincula cæteraq; captæ ciuitatis mala
perpessi essent: post. longā pœnæ pœnitentiam bellum instaurant. Lacedæmonii quoq; eo
conspirati ad arma concurrūt: quo aduersus seruos dimicaturi uidebantur. Itaq; cum hinc
iniuria inde indignitas animos acueret: lacedæmonii de belli euentu oraculo delphis cōsulto
iubētur ducem belli ab atheniensibus petere. Porro atheniēses cum responsum cognouissent
in contemptum spartanorū Cyrtaum poetam claudum pede misere: qui tribus præliis fufus
eo usq; desperationis spartanos adduxit: ut ad supplementum exercitus seruos suos manumit-
terent. Hisq; interfectorū matrimonia pollicerentur: ut non numero tantum amissorū ciuiū:
sed & dignitati succederent. Sed Reges lacedæmoniorū ne contra fortunam pugnādo maiora
detrimenta ciuitati infunderent: reducere exercitum uoluerūt: ni interuenisset Cyrtaus: qui cō-
posita carmina exercitui pro concione recitauit. In quibus hortamēta uirtutis: damnorū sola-
tia: belli consilia conscripserat. Itaq; tātum ardorem militibus iniecit: ut non de salute sed de
sepultura solliciti tesseras insculptis suis & patrum nominibus dextro brachio deligarent. Ut
si omnes aduersum prælium consumpsisset: & temporis spatio confusa corpore liniamenta
essent: ex inditio titulorū tradi sepulturæ possent. Cum sic animatum regis exercitum uiderēt
curant rem hostibus nunciare. Messeniis autem non timorem res sed æmulationem mutuā
dedit. Itaq; tantis animis concursus est: ut raro unq; cruentius prælium fuerit. Ad postremū
ramen uictoria lacedæmoniorū fuit. Interiecto tempore tertium quoq; bellum Messenii repa-
rauerunt. In cuius auxilium lacedæmonii inter reliquos socios etiam atheniēses adhibuere. quo-
rum fidem cum suspectam haberent superuacuos eos simulantes a bello eodem dimiserunt.
Hanc rem atheniēses grauius ferentes pecuniam quæ erat in stipendium perfici belli ab uni-
uersa græcia collata a delo athēas trāsserūt: ne deficientibus a fide societatis lacedæmoniis pdae
ac rapiæ essent. Sed nec lacedæmoniū: quere: q; cū Messeniorū bello occupati essēt. Pelopon-
ses imiserūt: q; bellū atheniēsis facerēt. Paruæ tūc tps classe in ægyptū missa uires athenien-
bus erant. Itaq; nauali prælio dimicantes facile superātur. Interiecto deinde tempore post redi-
tum sociorū aucti & classis militum robore plū reparant. Iā & lacedæmoniū omissis messeniis

Mors Sigenæ

*Messen
Iuuenis dissentionis
pne X annos uix
eum obsideri spart*

*Spartanorum dux
Phalanti sumunt
dram.*

*Tarentini ortu
Spartanorum
Brudusium.*

Messeniorum expugnatio

Cyrtheus poeta

Messeniorum uirtutes

Lar Sumerus

*Iuuenis dissentionis
Spart et Atheniensis*

*Peloponnesienses
et Athenienses p Spartanorum*

aduersus athenienses arma uerterant: diu uaria uictoria fuit. Ad postremū æquo Marte utri-
que discessit. Inde reuocati lacedæmonii ad messeniog. bellū ne mediū tempus ociosū athe-
niensibus relinquerent: cū thebanis paciscuntur: ut boetiog. imperiū his restituerent: quod
temporibus perfici belli amiserant: ut illi atheniensium bella susciperent. Tantus furor spar-
tanog. erat: ut duobus bellis impliciti suscipere tertiū non recusarent: dūmodo inimicis suis
hostes acquirerent. Igit̄ athenienses aduersus tantam tempestatem belli duos duces deligūt:
Periclem spectatæ uirtutis uirg. & Sophoclem scriptorem tragœdiarum: qui diuerso exercitu
& spartanog. agros uastauerūt: & multas achaia ciuitates atheniensiū imperio adiecerūt. His
malis fracti lacedæmonii in annos xxx. pepigerūt pacem: sed tam longū ociū inimicitia nō
tulerūt. Itaq; inter quindecim annos rupto fœdere cū contemptu deog. hominūq; fines at-
ticos populant. Et ne prædam potiusq; pugnam experisse uiderent: hostes ad præliū uocant
sed athenienses consilio Periclis ducis populationis iniuriam differūt in tempus ultionis su-
peruacuum pugnam existimantes cū ulcisci hostem sine periculo possent. Deinde interiectis
diebus naues conscēdūt: & nihil sentientibus lacedæmonii totam spartam deprædant: mul-
toq; plura auferūt: q̄ amiserant. Prorsus in comparatione damnorū longe plus fuerit ultio q̄
ira. Clara quidem hæc Periclis expeditio habita: sed multo clarior priuati patrimonii conte-
ptus fuit. Huius agros in populatione cæterog. intactos hostes reliquerant: sperantes acqui-
rere se illi posse aut periculū ex inuidia: aut ex suspitione proditoris infamiam: quod ante
p̄spiciēs Pericles & futuræ populo p̄dixerat: & ad inuidia impetū declinandū agros ipsos do-
no reipublicæ dederat. Atq; ita uide periculū quæsitū fuerat: ibi maximam gloriam inuenit.
Post hæc interiectis diebus nauali prælio dimicātū est. Victi lacedæmonii fugerūt. Nec ces-
satū deinceps est: quin aut terra aut mari uaria præliog. fortūa inuicem se trucidarent. Deni-
quē fessi tot malis pacem in annos quinquaginta fecere: quam non nisi sex annis seruauerūt.
Nam inducias quas proprio nomine condixerant ex sociorū persona rūebant. Quippe qua-
si minus periurii contraherent si ferentes sociis auxilia: potius quam si aperto prælio dimi-
cassent. Hinc bellū in siciliam trāstatū: quod prius q̄ exponā: de Sicilia situ pauca dicēda sūt.

IUSTINI HISTORICI LIBER. III.

Siciliam ferunt angustiis quondam faucibus italiae adhæsisse direptamq; ue-
lut a corpore maiore impetu superioris maris: quod toto undaq; onere illuc
uehit. Est aut̄ ipsa terra tenuis ac fragilis & cauernis quibusdam fistulisq; ita pe-
netrabilis: ut uentog. tota ferme statibus pateat: necnon & ignibus generan-
dis nutriendisq; solis ipsius naturali ui. Quippe intrinsecus stratū sulphure
& bitumine tradit: quæ res facit ut spiritu cū igne iter interiora luctante fre-
quenter & compluribus locis nūc flammis nūc uaporem nūc fumū eructet: inde deniq; æt-
næ montis per tot sæcula durat incendiū: & ubi acrior per spiramenta cauernaq; uentus in-
cubuit: harenæ moles egerūtur: proximū italiae promontoriū Rhegiū dicitur. Ideo q̄a græ-
ce abrutā hoc nomine pronūciatur: nec mirū sit fabulosa est loci huius antiquitas: in quem
res tot coiere miræ. Primū q̄ nusq; alias torrens fretū nec solū citato impetu: ueq; etiam sæ-
uoneq; experientibus modo terribile: uerū etiam procul uisentibus undaq; porro in se con-
currentiū tanta pugna est: ut alias ueluti terga dantes uorticibus mergi ac in imū desiderere:
alias quasi uictrices in sublime ferri uideas: nūc hic fremitū feruentis æstus: nūc illic gemitū
in uoragine desidentis exaudias: accedūt uicini & perpetui ætæ montis ignes & insulæ æo-
lidū uelut ipsis uis alac̄ incendiū. Neq; enim in tam angustiis terminis aliter durare tot sæ-
culis tantus ignis potuisset: nisi & humoris nutrimentis aleret: Hinc igit̄ fabulæ scyllam &
carybdim peperere: hinc latratus auditos: hinc monstri credita simulachra: dū nauigates ma-
gnis uorticibus pelagi desidentis exterriti latrare putant uidas: quas sorbentis æstus uorago
collidit. Eadem causa etiam ætæ montis perpetuos ignes facit. Nam aquarum ille con-
cursus: raptū secum spiritum in imū fūdū trahit: atq; ibi suffocatū tamdiu tenet: donec per
spiramenta terræ diffusus nutrimenta ignis incendat. Iam ipsa italiae Siciliaeque uicinitas. Iam
promontoriū altitudo ipsa ita similis est: ut quantū nūc admirationis tantū antiq; terroris
dederit credentibus coeūtibus in se promontoriis ac rurū discentibus solida intercipi abſu-
miq; nauigia. Neq; hoc ab antiquis in dulcedinem fabulæ compositiua: sed metu & admi-
ratione transeūtū: Ea est enim procul insipientibus natura loci: ut sinū maris non transitū

putes: quo cum accesseris: discedere ac seiungi promontoria: quae antea iuncta fuerant: arbi-
 trere. Siciliae primo Trinacriae nomen fuit. Praeterea Sicania denominata est. Haec a principio
 patria Cycloperum fuit. Quibus extinctis Aeolus regnum insulae occupauit. post quem singulae
 ciuitates in tyrannorum imperium concesserunt: quorum nulla terra feracior fuit. Horum ex numero
 Anaxilaus iustitia cum caeterorum crudelitate certabat: cuius moderatio haud mediocrem fru-
 ctum tulit. Quippe decedens cum filios paruulos reliquisset: tutelamque eorum Metallo spectatae si-
 dei seruo commisisset: tantus amor memoriae eius apud omnes fuit: ut parere seruo quam de-
 ferere regis filios mallerent. Principesque ciuitatis obliti dignitatis suae regni maiestatem admi-
 nistrari per seruum paterentur. Imperium Siciliae etiam Carthaginenses temptauerunt: diuque uaria ui-
 ctoria cum tyrannis dimicatum ad postremum amisso Hamilchare imperatore cum exercitu ali-
 quatisper quieuerunt uicti. Medio tempore cum rheim discordia laborarent: ciuitasque per dis-
 censionem diuisa in duas partes esset. Veterani ab altera parte ab himera urbe in auxilium uo-
 cati: pulsique ciuitate contra quos implorati fuerant: & mox caesis quibus tulerant auxilium: ur-
 bem cum coniugibus & liberis sociorum occupauerunt: ausi facinus nulli tyranno comparandum.
 Quippe ut rheim melius fuerat uicti quam uicisse. Nam siue uictoribus captiuitatis iure seruis-
 sent: siue amissa patria exulare necesse habuissent: non tamen inter aras & patrios lares truci-
 dati crudelissimis tyrannis patriam cum coniugibus ac liberis praedam reliquissent. Catanenses
 quoque cum Syracusanos graues paterent: diffisi uiribus suis auxilium ab Atheniensibus petie-
 re: qui seu studio maioris imperii quod asiam graeciamque penitus occuparent: seu metu factae
 pridem a Syracusanis classis ne Lacedaemoniis illae uires accederent Lamponium ducem cum
 classe in Siciliam misere: & sub specie ferendi Catanensibus auxilii tentarent Siciliae impium.
 Et quoniam prima initia frequenter caesis hostibus prospera fuerant: maiore denuo classe &
 robustiore exercitu Lachetho & Cariade ducibus Siciliam petiere. Sed Catanenses siue metu
 Atheniensium siue taedio belli pacem cum Syracusanis remissis Atheniensium auxiliis fece-
 runt. Interiecto deinde tempore cum fides pacis a syracusanis non seruaretur: denuo legatos
 Athenas mittunt: qui sordida ueste capillo barbaque plixis & omni splendoris habitu ad misericordiam
 commouenda acq̄sito concionem deformes aduertunt: addunt precibus lachrymas: & ita misericordem
 populum suplices mouent: ut damnarentur duces: qui ab his auxilia deduxerunt. Igitur classis
 ingens decernitur: creantur duces Nicæas & Alcibiades & Lamachus: tantisque uiribus Sicilia re-
 petitur: ut ipsis terrori essent: in quorum auxilia mittebantur. Breui post tempore reuocato ad
 reatum Alcibiade duo praelia pedestria secunda Nicæas & lamachus faciunt: munitionibus de-
 inde circumdatis hostes etiam marinis commeatibus in urbe clausos intercludunt. Quibus re-
 bus fracti Syracusani auxilium a Lacedaemoniis petierunt: ab his mittitur Gylippus solus: sed
 in quo instar omnium auxiliorum erat. Is audito genere belli iam inclinato statu auxiliis: par-
 tim in graeciam: partim in Siciliam misere contractis opportuna bello loca occupat. Duobus
 inde praeliis uictus: congressus tertio occiso Lamaco & hostes in fugam compulit: & socios
 obsidione liberauit. Sed dum athenienses a bello terrestri in nauale se transtulissent Gylippus
 classem a lacedaemone cum auxiliis accersit: quo cognito & ipsi athenienses in locum amissi du-
 cis Demosthenem & Eurimedota cum supplemento copiarum mittunt: Peloponnesii quoque com-
 muni ciuitatum decreto ingentia Syracusanis auxilia misere: & quasi Graeciae bellum in Siciliam
 translatum esset. Ita ex utraque parte sumis uiribus dimicabat. Prima igitur congressione naualis cer-
 taminis Athenienses uincunt. Castra quoque cum omni publica ac priuata pecunia amittunt. Su-
 per haec mala cum etiam terrestri praelio uicti essent: tunc Demosthenes censere coepit: ut abi-
 rent Sicilia: dum res quibus afflictae nondum tamen perditae forent: neque in bello male auspiciato
 amplius perseuerandum esse: domi grauiora & forsitan infeliciora bella esse: in quae referua-
 re hos urbis apparatus oporteat. Nicæas seu pudore male actae rei: seu metu destitutae spei
 ciuium: seu impellente fato manere contendit. Reparatur igitur nauale praelium: & a nimia prio-
 ris fortunae procella ad spem certaminis reuocantur. sed insidia ducum qui inter angustias ma-
 ris tuentes se Syracusanos aggressi facile uincuntur. Eurimedon dux in prima acie fortissime
 dimicans primus cadit: triginta naues quibus praefuerat: incendunt. Demosthenes & Nicæas
 etiam ipsi uicti exercitum in terram deponunt: tutiorem fugam rati itinere terrestri. Ab his re-
 lictas centum triginta naues Gylippus inuasit ipsos deinde insequitur fugientes: partim capit:
 cadit partim Demosthenes amisso exercitu a captiuitate gladio & uoluntaria morte se uindi-
 cat. Nicæas autem ne Demosthenis quidem exemplo ut sibi consulere: admonitus cladem suo-
 rum auxilium dedecore captiuitatis.

Timania
 Sicilia di Sicilia
 Siritia
 Solus Rex
 Anaxilaus tyranni

Carthaginienses
 Hamilcar

Himera urbs

Catanenses
 Syracusani

Lamponius dux

Nicæas
 Alcibiades
 Lamachus

Gylippus

Lamachus rex in
 Sicilia. Nauale bel-

Demosthenes
 Eurimedota

Gylippus Lacedaemone

Gylippus rex in
 Sicilia.

Eurimedon Lacedaemone
 rex in Sicilia.

Gylippus rex in
 Sicilia.

Demosthenes rex in
 Sicilia.

QUoniam athenienses in Siciliam bellum per biennium cupidius quam felicius gerunt. Interim concitator & dux eius Alcibiades absens Athenis insinuat mysteria cereris inuitioque sacra nullo magis quam silentio solemniter enunciauisse. Reuocatusque bello ad iudicium siue conscientiam siue indignitatem rei non ferens tacitus in exilium Elidem profectus est. Inde ubi non damnatum se tantum; ueque etiam deis per omnium sacerdotum religiones deuotum cognouit Lacedaemona se contulit. Ibique regem Lacedaemoniorum impellit; turbatis Atheniensibus aduerso Siciliae praelio ultro bellum inferre. Quo facto omnia Graeciae regna uelut ad extinguendum commune incendium concurrunt: Tantum odium Athenienses immoderati imperii crudelitate contraxerant. Darius quoque rex Persarum memor paterni uitaeque in hanc urbem odii facta cum lacedaemoniis per Tisafernem praefectum Lydiae societate omnem sumptum belli pollicetur. Et erat quidem titulus cum Graecis coeundi. Re autem uera timebat; ne uictis Atheniensibus ad se lacedaemonii arma transferrent. Quis igitur miretur tam florentes atheniensium opes ruisse; cum ad opprimendam unam urbem totius orientis urbes concurrerent; non tamen inertes neque incruento cecidere bellos; sed praeliati ad ultimum uictores; etiam interdum consumpti magis fortunae uarietate quam ui uicti sunt. Principio belli omnes etiam ab his socii descuerant; ut fit; quo se fortuna eodem etiam fauor hominum inclinatur. Alcibiades quoque motum aduersus patriam bellum non Gregarii militis opera sed imperatoris uirtutibus adiuuabat. Nempe accipiens quinque nauibus in aliam contendit; & tributarias Atheniensium ciuitates auctoritate nominis sui ad defectionem compellit. Sciebant enim domi clare; nec exilio uidebant factum minorem; nec tam ablatum Atheniensibus ducem quam Lacedaemoniis traditum; partemque cum amissis imperia pensarent. Sed apud Lacedaemonios uirtus Alcibiadis plus inuidiae quam gratiae contraxit. Itaque cum principes uelut aemulum gloriae suae interficiendum insidiis mandassent; cognita re Alcibiades per uxorem Agidis regis quam adulterio cognouerat ad Tisafernem praefectum Darii regis profugit. Cui celeriter officii comitate & obsequendi gratia insinuauit. Erat enim & aetatis flore & formae ueneratione; nec minus eloquentia etiam inter Athenienses insignis; sed in reconciliandis amicitiaque studiis quam in retinendis uir melior; quia mox uitia sub umbra eloquentiae primo latebat. Igitur persuadet Tisaferni; ne tanta stipendia classi Lacedaemoniorum praebere. Vocandos enim in portionem muneris Ionios; quoque pro libertate cum tributa Atheniensibus penderent; bellum susceptum sit. Sed nec auxiliis nimis enixe lacedaemoniis iuuandos. Quippe memorem esse debere alienam se uictoriam non suam instruere; & eatenus bellum sustinendum ne inopia deferatur. nam regem Persarum dissentientibus Graecis arbitrum pacis ac belli fore; & quos suis non possit ipsorum armis uicturum. perfecto autem bello statim ei cum uictoribus dimicandum. Domesticis itaque bellis Graeciam obtinendam ne exterius uacet; exaequandasque uires partium; & inferiores auxilio leuandos. Non enim quietos post hanc uictoriam Spartanos; qui uindictae se libertatis Graeciae praefessi sunt; grata oratio Tisaferni fuit. Itaque comitatus malignae praebere classem regiam non totam mittere; ne aut uictoriam totam daret; aut necessitatem deponendi belli imponeret. Interea Alcibiades hanc operam ciuibus uendicabat; ad quem cum legati atheniensium uenissent; pollicetur his amicitiam regis si res publica a populo translata ad senatum foret; sperans ut aut concordante ciuitate dux belli ab omnibus legeretur aut discordia inter ordines facta ab altera parte in auxilium uocaretur. Sed atheniensibus imminente periculo belli maior salutaris quam dignitatis cura fuit. Itaque permittente populo imperium ad senatum transfertur; qui cum insita genti superbia crudeliter in plebem consulere; singulis tyrannidis sibi potentiam uendicantibus ab exercitu Alcibiades exul reuocatur; duxque classi constituitur. Statim igitur Athenas mittit ex continenti se cum exercitu uenturum. recepturumque a quadringentis iura populi nisi ipsi redderent. Hac denunciatione optimates teriti primo urbem prodere lacedaemoniis temptauerunt; deinde cum id nequiuissent in exilium profecti sunt. Igitur Alcibiades intestino malo patria liberata summa cura classem instruit; atque ita in bellum aduersus lacedaemonas pergit. Iam Zestromindarus & Pharnabazus lacedaemoniorum duces instructis nauibus expectabant; praelio commisso uictoria penes Athenienses fuit. In eo bello maior pars exercitus & omnes ferme hostium duces caesi; naues. lxxx. captae. Interiectis quoque diebus cum bellum lacedaemonia a mari iterum transfuissent; iterato uincuntur. His malis fracti pacem petiere; quam ne acciperent;

Alcibiades

Darius rex Persarum
Tisafernes

Alcibiades

Dignitas Alcibiades

Dux classis Tisafernes

Dignitas Alcibiades
in patria suis duxZestromindarus
Pharnabazus

xxx. naues captae.

opera eorum effectum est: quibus ea res quæstum præstabat. Interea & Syracusanorum auxilia illatum a Carthagenensibus Siciliae bellum domum reuocauit: quibus rebus destitutis laedæmoniis Alcibiades cum classe uictrici Asiam uastat: multis locis prælia facit: ubique uictor recepit ciuitates: quæ defecerant: nonnullas capit: & imperio Atheniensium adiicit. Atque ita prisca nauali gloria uendicata adiecta etiam laude terrestris belli desyderatus ciuibus suis Athenas reuertitur. His omnibus præliis ducentæ naues hostium & præda ingens capta ad hunc redeuntis exercitus triumphum effusa omnis multitudo obuiam procedit: & uniuersos quidem milites præcipue tamen Alcibiadem mirantur. In hunc oculos ciuitas uniuersa: hinc suspensa ora conuertit. Hunc quasi de cælo missum & ut ipsam uictoriam contuentur: laudant quæ pro patria. Nec minus admirantur quæ exul contragesserit: excusantes ipsi iratum prouocatumque fecisse. Enimuero tantum in uno uiro fuisse momenti: ut maximi imperii subuersi & rursus recepti auctor esset: & unde steteret: eo se uictoria transferret: fieretque cum eo mira quædam fortunæ inclinatio. Igitur omnibus non humanis tantum: uerum etiam & diuinis eum honoribus honorant, certant secum ipsi: utrum contumeliosus eum expulerint an reuocauerint honoratius, ipsos illi deos gratulantes tulere obuiam: quoque execrationibus erat deuotus. Et cui paulo ante omnem humanam opem interdixerant: eum si queant in cælo posuisse cupiunt. Expleant contumelias honoribus: detrimenta muneribus: execrationes precibus. Non Sicilia illis aduersa pugna in ore est: sed Græciæ uictoria non classes per illum amissæ sed acquisitæ: nec Syracusarum sed Ionie hellepontique meminerunt. Sic Alcibiades nunquam mediocribus: nec in offensam nec fauorem studii suorum exceptus est. Dum hæc aguntur a Lacedæmoniis: Lyander classi belloque præficitur: & in locum Tisafernis Darius rex persarum filium suum Cyæ Ionie Lydiæque præposuit: qui Lacedæmonios auxiliis opibusque ad spem fortunæ prioris erexit. Aucti igitur uiribus Alcibiadem cum centum nauibus in Asiam profectum dum agros longa pace diuites securos populatur: & prædæ dulcedine sine insidiarum metu sparsos milites haberet: repentino aduentu oppressere: tantaque cædes palatium fuit: ut plus uulneris eo prælio Athenienses acciperent: quam superioribus dederant: & tanta desperatio apud Athenienses erat: ut ex continenti Alcibiadem ducem Conone duce commutarent: arbitrantes uictos se non fortuna belli sed fraude imperatoris: apud quem plus prior offensam ualuisse quam recentia beneficia. Vicisse autem eum priore bello ideo tantum ut ostenderet hostibus: quem ducem spreuissent: & ut carius eis ipsam uictoriam uenderet. Omnia enim credibilia in Alcibiade uigor ingenii & uitiorum amor & morum luxuria faciebat. Veritus itaque multitudinis impetum denuo in uoluntarium exilium proficiscitur. Itaque Conon Alcibiadi suffectus habens ante oculos cui duci successisset: classem maxima industria exornat: sed nauibus exercitus deerat fortissimis quibusque in Asia populatione amissis. Armantur tamen senes aut impuberes pueri: & numerus militum sine exercitus robore expletur. Sed non magnam bello moram ætas fecit. Imbelles aut caduntur passim: aut fugientes capiuntur. Tanquam strages aut occisorum aut captiuorum fuit: ut Atheniensium delerum non imperium tantum uerum etiam nomen uideretur: quo prælio perditis & desperatis rebus ad tantam inopiam rediguntur: ut consumpta militari ætate: peregrinis ciuitatem: seruis libertatem: damnatis impunitatem darent. Eaque colluione hominum domini antea Græciæ conscripto exercitu uix libertatem ruebantur. Iterum tamen fortunam maris experiendam decernunt. Tanta uirtus animorum erat: ut cum paulo ante salutem desperauerint: nunc non desperent uictoriam. Sed neque is miles erat: qui nomen Atheniensium tueretur: neque hæc uires quibus uincere consueuerant: neque ea scientia militaris in his: quos uincula non castra continuerunt. Itaque omnes aut capti: aut occisi: cum dux Conon prælio superfuisset: solus crudelitatem ciuium metuens cum octo nauibus ad regem Cyprii contendit. Enagoras autem dux Lacedæmoniorum rebus feliciter gestis fortunæ hostium insultat. captiuas naues cum præda bellica in triumpho modum ornatas mittit Lacedæmonia: ac tributarias Atheniensium ciuitates: quas metus dubiæ belli fortunæ in fide tenuerat uoluntarias recepit: nec aliud ditioni Atheniensium præter urbem ipsam reliquit: quæ cuncta cum Athenis nunciata essent: omnes relictis domibus per urbem discurrere pauidi. Alius alium sciscitari: auctorem nuncii requirere: non pueros imprudentia: non senes debilitas: non mulieres sexus imbecillis domi tenet: adeo ad omnem ætatem tanti mali sensus penetrauerat. In foro deinde coeunt: atque ibi perpeti nocte fortunam publicam quaestibus iterant. Alii fratres aut filios aut parentes deflent: cognatos alii alii amicos cariores co-

Alcibiades uastat
naualem gloriam

in naues hostium
fuerunt ipsi

Lysander Lacedæ.

Conon

per Agathus Athen

per Cononius Athen

Enagoras d' lac.

Dolor Athenie.

gnatis: & cum priuatis casibus quærelam publicam miscent. Jam se ipsos: iam ipsam patriam perituram miserioremq; incolumium q̄ amissorum fortunam iudicantes sibi quisq; ante oculos obsidionem famem & superbum uictoremq; hostem proponentes: iam ruinam urbis & incendia: iam omnium captiuitatem & miserrimam seruitutem recordantes feliciores prorsus priores urbis ruinas ducentes: quæ incolumibus filiis parentibusq; tectorum tantum ruina taxatæ sint. Nunc autem non classem: in quam sicuti pridem confugiant: superesse: non exercitum: cuius uirtute seruati pulchriora possent mœnia extruere. Sic defletæ ac prope perditæ urbi hostes superveniunt: & obsidione circumdatos obsessos fame urgent. Sciebant enī neq; ex aduectis copiis multum superesse: & ne nouæ aduehi possent prouiderant: quibus malis rebus Athenienses fracti post longam famem & assidua suorum funera pacem petiuerunt: quæ an dari deberet diu inter Spartanos sociosq; deliberatum. Cum multi delendū Atheniensium nomen urbemq; incendio consumendam censerent: negarunt se spartani ex duobus Græciæ oculis alterum eruturos: pacem polliciti: si demissa pyræum uersus muri brachia deiecerint. nauesq; quæ reliquæ forent traderent. resq; publica ex semetipsis. xxx. rectores acciperet. In has leges traditam sibi urbem lacedæmonii formandam Lyfandro tradiderunt. Insignis hic annus & expugnatione Athenarum: & morte Darii regis persarum: & exilio Dionysii Sicilia tyranni fuit. mutato statu Athenarum etiam ciuium conditio mutatur: Rectores. xxx. reipubli. constituuntur: qui fiunt tyranni. quippe a principio tria milia sibi satellitum statuunt: quantum ex tot cladibus prope nec ciuium superfuera: & quasi paruus hic ad continendam ciuitatem exercitus esset: septingentos milites a uictoribus accipiunt: cædes deinde ciuium ab Alcibiade suspicantur: ne iterum rem publicam sub obtentu liberationis inuaderet: quem cum profectum ad Artaxerxem persarum regem comperissent: citato itinere miserunt: qui eum interciperent a quibus occupatus cum occidi aperte non posset uiuus in cubiculo: in quo dormiebat: crematus est. Liberati hoc ultoris metu tyranni miseras urbis reliquias cædibus & rapinis exhauriunt: quod cum displicere uni ex numero suo themeni didicissent: ipsum quoq; ad terrorem omnium interficiunt. Fit igitur ex urbe passim: omnium fugari: repleturq; Græcia Atheniensium exulibus: quod etiam ipsum auxilium a miseris eripitur: nam lacedæmoniorum edicto ciuitates exules recipere prohibebantur. Omnes se argos & Thebas contulere. Ibi non solum tutum exilium egerunt: uerum etiam spem recuperandæ patriæ receperunt. Erat inter exules Thrasylbulus uir strenuus & domi nobilis: qui audendum aliquid pro patria & pro salute communi etiam cum periculo ratus adunatis exulibus castellum Finem Atticorum finium occupat. nec deerat quarundam ciuitatum tam crudelis casus miserantium fauor. Itaq; & his Menias thebanorum princeps & si publicis non poterat priuatis tamen uiribus adiuuabat: & Lysias Syracusanus orator exul tunc quingentos milites stipendio suo instructos in auxilium patriæ communis eloquentiæ misit. Fit itaque asperum prælium: sed cum hinc pro patria summis uiribus inde pro aliena dominatione securius pugnaretur: tyranni uincuntur: uicti in urbem refugerunt: quam exhaustam cædibus suis etiam armis spoliant. Deinde cum omnes Athenienses prodicionis suspectos haberent: demigrare eos ex urbe iubent: & in brachiis muri: quæ diruta fuerant: habitare: extraneis militibus imperium tuentes. Post hæc Thrasylbulum corrumpere imperii societatem pollicentes conantur: quod cum non contigisset: auxilia a lacedæmoniis petiuerunt. Quibus accitis iterato præliantur. In eo bello Critias & Hippolochus omnium tyrannorum saeuissimi cadunt. Cæteris uictis cum exercitus eorum ex quibus maior Atheniensium erat: fugeret: magna uoce Thrasylbulus exclamat cur se uictoriæ fugiant: potius quam ut uindictam communis libertatis adiuuent: ciuium illam meminerint aciem non hostium esse: nec se ideo arma cepisse ut aliqua uictis adimat. sed ut adempta restituat. xxx. se dominis non ciuitati bellum inferre admonet. Deinde cognationis legum sacrorum tum uerusti per tot bella commilitij orat miserentur exulum ciuium si tam patienter ipsi seruiant: reddant sibi patriam: accipiant libertatem. His uocibus tantum per motum est: ut reuersus in urbem exercitus. xxx. tyrannos emigrare. Eleusina iuberet: substitutis decem: qui rem publicam regerent: qui nihil exemplo prioris dominationis teriti eandem uiam crudelitatis aggressi sunt. Dum hæc aguntur nunciatur lacedæmonæ in bellum athenienses exarsisse: ad quod comprimendum Pausanias rex mittitur: qui misericordia exulis populi permotus patriam miseris ciuibus restituit: & de se tyrannos ex urbe Eleusina migrare ad cæteros iubet. Quibus rebus cum pax statuta es

brachy. more.

set:interiectis diebus repente tyranni non minus restitutos exules quā se in exilium actos in dignantur, quasi uero aliorum libertas sua seruitus esset:& bellum Athenienses inferunt, sed ad colloquium ueluti dominationem recepturi progressi per insidias comprehensi ut pacis uictimae trucidantur. Populus quem emigrare iusserant: in urbem reuocatur. Atq; ita p multa membra ciuitas diuisa in unum tantum corpus redigitur: & nequa dissensio ex ante actis nasceretur: omnes iureiurando obstringuntur discordiarum obliuionem fore. Interea Thebani corinthiq; legatos ad lacedaemonios mittunt: qui ex manubiis portionem praedae communis belli periculiq; peterent: quibus negatis: non quidem aperte bellum aduersus lacedaemonios decernunt: sed tacitis animis tantam iram concipiunt: ut subesse bellū intelligi posset. eodem fere tempore Darius rex Persarum moritur artaxerxe & Cyro filis relictis: regnū Artaxerxi: Cyro ciuitates: quarum praefectus erat testamento legauit. Sed Cyro iudicium patris iniuria uidebatur. Itaq; occulte aduersus fratrem bellum parabat: quod cum nunciatū Artaxerxi esset: accersitum ad se fratrem & innocentiam dissimulatione belli simulantem compedibus aureis uinxit: interfecissetq;: ni mater prohibuisset. Dimissus igitur Cyrus iam non occulte bellum sed palam nec per dissimulationem sed aperta professione parare coepit: auxilia undiq; contrahit. Lacedaemonii memores Atheniensi bello enixe eius opera adiutos uelut ignorantes contra quem bellum pararetur: decernunt auxilia Cyro mittēda: ubi res eius exegisset: quærentes apud Cyrum gratiam: & apud Artaxerxem: si uicisset ueniae patrocinia: cum nihil aduersus eum aperte decreuissent. Sed cum in bello fors praëlii utrunq; fratrem pugnae obrulisset: prior Artaxerxes a fratre uulneratur: quem cum equi fuga periculo subtraxisset: Cyrus a cohorte regia oppressus interficitur: sic uictor Artaxerxes & praeda fraternali belli & exercitu potitur. In eo praëlio decem milia graecorum in auxilio Cyri fuere: quæ & in cornu in quo steterant: uicerunt: & post mortem Cyri neq; armis tanto exercitu uinci neq; dolo capi potuerunt: reuertentesq; inter tot indomitas nationes & barbaras gentes per tanta itineris spatia uirtute se usq; terminos patriæ defenderunt.

IUSTINI HISTORICI LIBER SEXTVS.



Lacedaemonii more ingenii humani quo plura habent: eo ampliora cupientes: non contenti accessione Atheniensium opum uires sibi duplicatas totius Asiae imperium affectare coeperunt: sed maior pars sub regno persarū erat. Itaq; Herculides dux in hanc militiam electus cum uideret sibi aduersus duos praefectos Artaxerxis regis Pharnabasum & Tisafernem maximarum gentium uiribus succinctos dimicandum pacificari cum altero statuit. Aptior uisus Tisafernes uir & industria potior & militibus Cyri quondam regis instructor in colloquium uocatur: & statutis conditionibus ab armis dimittitur. Hanc rem Pharnabasus apud communem regem criminatur: ut lacedaemonios Asiam ingressos non repulerit armis: sed impetis regis aluerit: merceturq; ab his ut differant bella: quæ gerant: tantam non ad unius summam imperii detrimentum omne perueniat. Indignum ait bellum non perfici sed redimi hostem precio non armis summoueri. His uocibus regem Tisaferni alienatum hortatur: ut in locum eius nauali belli ducem eligat Cononem Atheniensem: qui amissa bello patria Cypro exulabat. Quippe Atheniensibus & si fractæ sūt opes mæere tamē naualem usum: nec si eligendus sit ex uniuersis meliorem alium esse. Acceptis igitur quingentis talentis iussus est Conona classi praeficere. His cognitis lacedaemonii & ipsi a rege aegypti Herculimonē in auxiliū naualis belli p legatos perūt: a quo centū triremes & sexcentū milia modiorum frumenti missa: a cæteris quoq; sociis ingentia auxilia contracta sunt. Sed tanto exercitui & contra tantum ducem deerat dignus imperator. Itaq; postulantis sociis Agesilaum ducem regem tunc lacedaemoniorum propter responsum oraculi delphici diu lacedaemonii an eum summæ rei præponerent: deliberauerunt: quibus futurus imperii finis denunciabatur: cum regium claudicasset imperium: erat enim pede claudus. Ad postremum statuerunt melius esse incesu regem quā imperio regnum claudicare. posteaquā Agesilaum cum ingentibus copiis in Asiam misere: non facile dixerim: quod aliud par ducum tam bene comparatū

fuerit. Quippe ætas uirtus consilium sapientia utriq; prope una: gloria quoq; rerum gestarū eadem. Quibus cum patria omnia fortuna dederit: inuictum tamen ab altero utrunq; serua- uit. magnus igitur amborum apparatus belli. magnæ res gestæ fuerunt. Sed Cononem sedi- tio militum inuadit: quos præfecti regis fraudare stipendio soliti erant: eo constantius: debi- ta poscentibus quo grauiorem sub magno duce militiam præsumebant. Itaq; Conon diu re- ge per epistolas frustra fatigato ad postremum ipse ad eum pergit: cuius aspectu & colloquio prohibitus est: quod eum more persarum adorare nollet. Agit tamen cum eo per internunci- os: & queritur opulentissimi regis bella inopia delabi: & qui exercitum parem hostibus ha- beat pecunia uinci: qua præstet: inferioremq; eum ea parte uirum iueniri: qua longe superior sit. postulat dari sibi ministeriū impensæ: quia pluribus id mandari perniciosum sit. Dato sti- pendio ad classem remittitur: nec moram agendis rebus facit multa fortiter: multa feliciter agit. Agros hostiles uastat. urbem expugnat & quasi tempestas quædam cuncta prostrernit. Quibus rebus teriti lacedæmoni ad patriæ subsidiū reuocandū ab Asia Agesilaum decernūt interim Lysander ab Agesilao proficiscente dux patriæ relictus ingentem classem summis ui- ribus instruit fortunam belli tentaturus. Nam & ipse Conon tunc primum cum hostium ex- ercitu concursurus magna cura suos ordinat. Sūma igitur non ducum tantum in eo prælio q̄ militum æmulatio fuit. Nam ipse dux Conon non tam persis q̄ patriæ studebat: & sicuti affli- ctis Atheniensium rebus auctor amissæ dominationis fuerat: sic uolebat idem haberi reddi- tæ: patriamq; uincendo recipere: quam uictus amiserat. eo speciosius q̄ ne ipsorum quidem Atheniensium: sed alieni prælii uiribus dimicet & pugnaturus periculo regis: uicturus præ- mio patriæ: gloriæq; diuersis artibus q̄ priores ciuitatis suæ duces consecuturus. Quippe il- los uincendo persas patriam defendisse Persas uictores faciendo restitutorū patriam esse: por- ro Lysander præter coniunctionem Agesilai etiam uirtutum æmulator erat: contendeatq; ne a rebus gestis eius & gloriæ splendore decederet. neue tot bellis ac sæculis quæsitum impe- rium breuissimi momenti culpa subuerteret. Eadem militum & omnium regum cura erat: quos maior sollicitudo cruciabat: non tam ne ipsi quæsitæ opes amitterent: q̄ ne ipsi Atheni- ses pristinas reciperent. Sed quanto maius prælium fuit: tanto & clarior uictoria Cononis. Vi- cti lacedæmonii fugam capeſſunt: præſidia hostium Athenis deducuntur: populo restituta dignitate conditio seruilis eripitur. multæ quoque ciuitates recipiuntur. Hoc initium Athe- niensibus resumendæ potentia & lacedæmonis habendæ finis fuit. Namque ueluti cum im- perio etiam uirtutem perdidissent contemni a finitimis coepere. Primi igitur Thebani auxili- antibus Atheniensibus bellum his intulere: quæ ciuitas ex infinitis incrementis uirtute Epa- minundæ ducis ad ipem imperii Græciæ erecta est. Fit itaq; terrestre prælium eadem lacedæ- moniorum fortuna qua pugnatum aduersus Conona nauali prælio fuerat. In eo bello Lysan- der quo dux Athenienses uicti a lacedæmonis fuerant: interficitur. Pausanias quoque alter dux lacedæmoniorum proditiōis accusatus in exilium abiit. Igitur Thebani potiti uictoria uniuersum exercitum ad urbem lacedæmoniorum ducunt: facilem expugnationem rati quo- niam deserti a sociis omnibus erant. quod metuentes lacedæmonii regem suum Agesilaum ex Asia qui ibi magnas res gerebat: ad defensionem patriæ accersunt. Occiso enim Lysandro nullius alterius fiduciam ducis habebant: cuius quoniam serus aduentus erat: conscripto exer- citu obuiam hosti procedunt. Sed uictis aduersus pauloante uictores nec animus neq; uires pares fuere. Prima igitur congressione funduntur: deletis iam suorum copiis superuenit rex Agesilaus: qui restituto prælio non difficulter recenti & multis expeditionibus indurato mili- te hostibus uictoriam eripuit: ipse tamē grauiter sauciatur. Quibus rebus cognitis Athenien- ses uerentes ne iterum lacedæmonis uictoribus in pristinam sortem seruitutis redigerentur: exercitum contrahunt: eumque in auxilium Boetiorum Phiphocratem uiginti quidem annos natum: sed magnæ indolis iuueni duci iubent. Huius adolescentis supra ætatem uirtus admirabilis fuit: nec unquam ante eum Athenienses inter tot tantosq; duces aut spei maioris: aut indolis maturioris imperatorē habuerūt. In quo nō imperatoriæ tantū ueruetiā ora- toriæ artes fuere. Conon quoq; audito reditu Agesilai & ipse ex Asia ad populādos lacedæmo- nioz agros reuertit. Atq; ita uidiq; belli formidie circūstrepēte clausi spartai ad sūmā despato- nem rediguntur. Sed Conō uastatis hostium terris athenas pergit ubi magno ciuium gaudio exceptus: plus tamen tristitiæ ipsi & ex incensa & diruta a lacedæmonis patriā q̄ læticiæ ex

recuperata post tantum temporis cepit. Itaque quae incensa fuerant: praedarum sumptu & exercitu persarum restituit: quae diruta fuerant: reficit. Fatum illud athenarum fuit: ut ante a persis crematae manubiis eorum: & nunc a lacedaemoniis dirutae ex spoliis lacedaemoniorum restituerentur: uersa quoque uice nunc haberent socios: quos tunc hostes habuerunt: & hostes nunc paterentur: cum quibus iuncti tunc carissimis societatis uinculis fuerant. Dum haec aguntur Artaxerxes rex persarum legatos in graeciam mittit: per quos iubet omnes ab armis discedere: quod aliter fecisset eum se pro hoste habiturum ciuitatibus: libertatem suamque omnia restituit: quod non graeciae laboribus assiduisque bellorum inter ciues odiis consulens fecit: se ne occupato sibi aegyptio bello quod propter auxilia aduersus praefectos suos lacedaemoniis missa susceperat: exercitus sui in graeciam detinerentur. Fessi igitur tot bellis graeci cupide paruere. Hic annus non eo tantum insignis fuit: quod repente pax tota graecia facta est: sed etiam eo quod eodem tempore urbs romana a gallis capta est. sed lacedaemonii secuti insidiantes absentiam Archadum speculati castellum eorum expugnant: occupatoque praesidium imponunt. Itaque armato instructoque exercitu Archades adhibitis in auxilium thebanis amissa bello repetunt in eo praelio Archadum dux lacedaemoniorum uulneratur: qui cum caedi suos iam ut uictos uideret: per praekonem corpora interfectorum ad sepulturam poscit. Hoc est enim signum a pud graecos uictoriae traditae: qua confessione contenti thebani signum parcendi dedere. post paucis diebus neutris quicquam hostile facientibus cum quasi consensu tacito induciae essent lacedaemoniis alia bella aduersus finitimos gerentibus: thebani Epaminunda duce occupanda urbis eorum spem coeperunt. Igitur principio noctis taciti lacedaemona profiscuntur: non tamen aggredi incautos potuerunt. Quippe senes & caetera imbecillis aetas cum aduentum hostium persensissent: in ipsis portarum angustiis armati occurrunt: & aduersus quindecim milia militum non amplius centum iam effoetae aetatis uiri pugnae se offerunt: tantum animorum uirumque patriae & penatum conspectus sumministrat: tantoque praesentia quam recordatione sui maioris spem largiuntur. Nam ut uiderunt intra quae & pro quibus starent: aut uincendum sibi: aut moriendum censuerunt. Pauci igitur sustinere senes aciem: cui par ante diem uersa iuuentus esse non potuit in eo praelio duo duces hostium cecidere: cum interim Agesilai aduentus nunciatur: thebani recessere: nec bellum diu dilatatum. Siquidem spartanorum iuuentus senum uirtute & gloria incensa teneri non potuit: quin ex continenti acie decerneret: cum uictoria thebanorum esset. Et Epaminundas dum non ducis tantum uerum etiam fortissimi militis officio fungitur: grauius uulneratur quo audito his ex dolore metus: & illis ex gaudio stupor iniicitur: atque ita ex placito consensu a praelio disceditur. Post paucos deinde dies Epaminundas decedit: cum quo uires quoque rei publicae ceciderunt. Nam sicuti telo si primam aciem praefregeris: reliquo ferro uim nocendi sustuleris: sic illo uelut mucrone teli ablato duce thebanorum rei publicae uires hebetatae sunt: ut non tam illum amisisse quam cum illo interisse omnes uideretur. Nam neque huc ante ducem ullum memorabile bellum gessere: nec postea uirtutibus sed cladibus insignes fuere: ut manifestum sit patriae gloriam & natam & extinctam cum eo fuisse. Fuit autem incertum uir melior an dux esset: nam & imperium non sibi semper sed patriae quaesuit. & pecuniae adeo parcus fuit: ut superius funeri defuerint. gloriae quoque non cupidior quam pecuniae: quippe recusanti omnia imperia ingesta sunt. Honoresque ita gessit ut ornamentum non accipere sed dare ipsi dignitati uideretur. iam litterarum studium iam philosophiae doctrina tanta: ut mirabile uideretur: unde tam insignis militiae scientia homini inter litteras nato: neque ad hoc uitae proposito mortis ratio dissenfit. Nam ut relatus in castra semianimis: uoce spiritusque collegit id unum a circumstantibus requisit: num cadenti sibi scutum labore gloriaeque socium osculatus est. Itaque quasi utri uicisset: ut audiuit thebanos bene habere se re dixit: atque ita uelut gratulabundus patriae expirauit. Huius morte etiam atheniensium uirtus intercidit: siquidem amisso cui aemulari consueuerant: in segnitie torporesque resoluti non ut olim in classem exercitus sed in dies festos apparatusque ludorum redditus publicos effundunt & cum auctoribus nobilissimis poetisque theatra celebrant: frequentius scaenam quam castra uisentes. Versificatoresque meliores quam duces laudantes. Tunc uestigal publicum: quo ante milites & remiges alebantur: cum urbano populo diuidi coeptum. Quibus rebus effectum est: ut inter omnia graecorum sordidum & obscurum antea macedonum nomen emergeret. Et Philippus obses triennio thebis habitus Epaminundae & Pelopidarum uirtutibus eruditus. Regnum macedoniae graeciae & asiae

Epaminunde / Moris

Xadomisset hostis. quod ut per
allati q. deluti

Et ex hac hren. Ma
R. c. g. m. m. o. m. m.

cerviibus ueluti iugum seruitutis imponeret.

IUSTINI HISTORICI LIBER SEPTIMVS

Acedonia antea nomine Emathionis regis: cuius prima uirtutis experimenta in illis locis extant: Emathia cognominata est. Huius sicuti incrementa modica: ita termini perangusti fuere populus pelasgi & regio boetia dicebatur. Sed postea uirtute regum & gentis industria: subactis primo finitimis mox populis nationibusq; imperium usq; extremos orientis terminos prolatū est. In regione pæonia: quæ nūc portio ē macedonia: regnasse fertur Thelegōus pater Astriopæi: cuius troiano bello inter clarissimos uindices urbis nomen accepimus. Ex alio latere in europa Europus nomine regnum tenuit. Sed & Caranus cum magna multitudine græcorum sedes ī macedonia responso oraculi iussus quærere: cum in Emathiam uenisset: urbē edyffam non sentientibus oppidanis propter imbrium & nebulæ magnitudinem gregem caprarum ībrem fugientiū secutus occupauit: reuocatusq; in memoriā oraculi quo iussus erat: ducibus capris imperiū quærere: regni sedem statuit: religiosq; postea obseruauit quocunq; agmen moueret ante signa easdem capras habere: ceptorum duces habiturus: quos regni habuerat auctores. Urbem edyffam ob memoriā muneris ægæam populos ægæadas uocauit. Pulso deinde Medanamis quoq; portionem macedoniae tenuit: aliisq; regibus pulsis in locū omnium solus successit: primusq; adunatis gentibus uariorum populorum ueluti unum corpus macedoniae fecit: crescentiq; regno ualida icremetozē fūdamēta cōstituit. Post hūc Perdicas regnauit: cuius uita illustris & mortis postrema ueluti ex oraculo præcepta memorabilia fuere. Siquidem senex moriens Argæo filio monstrauit locum: quo condi uellet: ibiq; non sua tantum sed etiam succedentium sibi in regnum ossa poni iussit. Præfatus quoad ibi conditæ posterioꝝ reliquiae forent: regnum in familia mansurū creduntq; hac superstitione extinctam in Alexandro stirpē: quia locum sepulturæ mutauerit. Argæus moderate & cum amore populi administrato regno successorem filium Philippū reliquit: qui immatura morte raptus. Europum paruulū admodū istituit hæredem. Sed macedonibus assidua certamina cum thracibus & illyriis fuere: quorum armis ueluti quottidiano exercitio indurati gloria bellicæ laudis finitimos terebant. Igitur illyrii infantiam regis pupilli contemnentes bello macedonas aggrediuntur: qui prælio pulsi rege suo in cunis prolato & pugnae ante aciem posito: acrius certamen repetierunt. Tanq̄ ideo uicti fuissent antea: q; bellantibus sibi regis sui auspicia defuissent: futuri uel propterea uictores: q; ex superstitione animū uicendi ceperant: simul & miseratio eos infantis tenebat: quem si uicti forent: captiuum de rege facturi uidebantur. Cōferro itaq; prælio magna cæde illyrios sudere: ostenderuntq; hostibus suis priore bello: regem macedonibus non uirtutem defuisse. Huic Amyntas succedit: & propria uirtute & Alexandri filii egregia indole insigniter clarus: cui Alexandro tanta oīum uirtutum naturæ ornamenta extitere: ut etiam olympio certamine uario ludicrorum genere contendit. Cū interim Darius rex persarum turpi a scythia fuga summotus: ne ubiq; deformis militiae damnis haberetur: mittit cum parte copiarum Megabafum ad subigendam thraciam: cæteraq; eius tractus regna quibus pro ignobili momento erat accessura macedonia: qui breui tempore executo regis imperio legatis ad Amyntam regem macedoniae missis obfides in pignus futuræ pacis sibi dari postulabat. Sed legati benigne excepti inter epulas ebrietate crescente rogant Amyntā: ut apparatus epularum adiiciat ius familiaritatis adhibitis in conuiuium suum filiis & uxoribus & filiabus: id apud persas haberi pignus ac foedus hospitii: qui ut uenerunt petulantius eas cōtrestantibus filius amyntæ Alexander rogat patrem respectu ætatis ac grauitatis suæ abire e cōuiuio: pollicitus se hospitem temperatuzē iocos. Quo digressō mulieres quoq; paulo e cōuiuio euocat: cultius exornaturus gratioresq; reducturus. In quazē locū matrōali exornatos habitu iuuenes supponit: eosq; petulantia legatorū ferro: quod sub ueste gerebāt cōpescere iubet. Atq; ita interfectis omnibus ignarus rei. Megabafus cū legati non redirent: mittit eo cum exercitus parte Bubarem: ut in bellum facile & mediocre dedignatus ipse ire ne dehonestaretur prælio tam foedæ gentis. Sed Bubares ante bellum amore filiaē Amyntæ captus omisso

bello nuptias facit: depositisq; hostilibus animis in affinitatis iura succedit. Post discessum a macedonia Bubaris Amyntas rex decedit: cuius filio & successori Alexandro cognatio Bubaris non Darii tantum temporibus pacem præstitit: uerumetiam Xerxem conciliauit: adeo ut cum græciam ueluti tempestas quædam occupasset: intus olympum hæmumq; montes totius regionis eum imperio donauerit. Sed nec uirtute minus q̄ perfarum libertate regnum ampliavit. Per ordinem deinde successione regnum macedoniæ ad Amyntam fratris eius Menelai filium peruenit. Hic quoq; insignis industria: & omnibus imperatoriis uirtutibus instructus fuit: qui ex Eurydice tres filios sustulit Alexandrum: perdicam: Philippum Alexandri magni macedonis patrem: & filiam Euryonem. Ex Cigæa autem Archelaum: Arideum: Menelaum: qui cum Illyriis deinde & cum olynthis grauiora bella gessit. Insidiis autem Eurydices uxoris: quæ nuptias generi pacta occidendum uirum: regnumq; adultero tradendum suscepit: occupatus fuisset: ni filia pellicatum matris & sceleris consilia prodidisset. Functus itaq; tot periculis senex recessit: regno maximo & filiis Alexandro tradito. Igitur alexander inter prima initia regni bellum ab illyriis pacta mercede: & Philippo fratre dato obside redemit. Interiecto quoq; tempore per eundem obsidem cum thebanis gratiam pacis reconciliat quæ res Philippo maxima incrementa egregiæ indolis fuit. Siquidem triennio thebis obfes habitus prima pueritiæ rudimenta in urbe seueritatis antiquæ & in domo Epaminundæ summi & philosophi & imperatoris deposuit. Nec multo post Alexâder insidiis Eurydices matris appetitus occubuit: cui Amyntas in scelere depræhensæ propter communes liberos ignarus eisdem quandoq; exitiosam fore pepercerat. Frater quoq; eius Perdica pari insidiarum fraude decipitur. Indignum prorsus libidinis causa liberos a matre uita priuatos: quam scelorum suorum supplicis liberorum contemplatio uindicauerat. Perdica hæc indignior cædes uidebatur: q̄ ei apud matrem misericordiam nec paruulus quidem filius conciliauerat. Itaq; Philippus diu non se regem sed tutorem pupilli egit. At ubi grauiora bella imminebant: ferumq; auxilium in expectatione infantis erat: compulsus a populo regnum suscepit: ut est ingressus imperium magna de illo spes omnibus fuit: et propter ipsius ingenium: quod magnū spondebat uirum: & propter uetera macedoniæ fata: quæ cecinerant uno ex Amyntæ filiis regnante florentissimum fore macedoniæ statum: cui spei scelus matris hunc residuum fecerat. Principio regni cum hinc cædes fratrum indigne peremptorum: inde hostium multitudo: hic insidiarum metus: inde inopia continui belli & exhausti regni & immaturam ætatem tyronis urgeret: bella quæ ueluti conspiratione quadam ad opprimendam macedoniam multarum gentium ex diuersis locis uno tempore confluebant: quoniam omnibus par esse non poterat dispensanda ratus alia interposita pactione componit: alia redemit facillimis quibusque aggressis: quorū uictoria & militum trepidos animos firmaret: & cōtemptū sibi hostiū demeret. Primum illi cum atheniensibus certamen fuit: quibus per insidias uictis metu belli grauioris cum interficere omnes posset: incolumes sine precio dimisit. Post hos bello in illyriis translato multa milia hostium cædit. Urbem nobilissimam Larissæam capit: hinc thessaliam non prædæ cupiditate sed quod exercitui suo robur thessalorum equitum adiungere gestiebat: nihil minus q̄ bellum metuentem improuisus expugnat: unumq; corpus equitum pedestriumq; copiarum inuicti exercitus fecit: quibus rebus feliciter prouenientibus Olympiada Neoptolemi regis molossorum filiam uxorem ducit: conciliante nuptias fratre: patru ele tutore uirginis Arisba rege molossorum: qui sororem Olympiadis Troadam in matrimonio habebat: quæ causa illi exitii malorumq; omnium fuit. Nam dum regni incrementa afinitate Philippi acquisitum se sperat: proprio regno ab eodem priuatus in exilio. consensu it. lis ita gestis Philippus iam non contentus summouere bella: ultro etiam quietos laceffit. Cū methonā urbē oppugnaret: in prætereūtē de muris sagitta iacta dextrū oculū regis effodit quo uulnere nec segnior in bellū nec iucūdius aduersus hostes factus ē: adeo ut interiectis diebus pacē deprecātib; dederit: nec moderatus rātū uegē etiā mitis aduersus uictos fuerit.

*alexandri filij
perdicæ
philippus ad ali*

*Olympiada
neoptolemi
arisba*

OIVSTINI HISTORICI LIBER OCTAVVS

Ræciæ ciuitates dum imperare singulæ cupiunt: imperium omnes perdidērunt. Quippe in mutuum exitium sine modo ruentes ab omnibus uictæ petiere: quod singulæ amitterent: non nisi oppressæ senserunt. Siquidem Philip

pus rex macedoniæ ueluti e specula quadam libertati omnium insidiatus dum contentio-
nes ciuitatum alit:auxilium inferioribus ferendo uictos pariter uictoresque subire regiam
seruitutē coegit.Causa & origo huius mali thebani fuere;q̄ cū rerū potirēt:secūda fortuna ibe-
cillo aīo ferētes uictos armis lacedæmōios & phocenses q̄si parua supplicia cædibus & rapinis
luisent:apud cōmune græciæ cōcilium superbe accusauerunt.Lacedæmoniis crimini datū
q̄ arcem thebanam induciarum tempore occupassent:phocensibus q̄ boetiam depopulati es-
sent:prorsus quasi post arma & bellum locum legibus reliquissent.Cum iudicium arbitrio ui-
ctorum exerceretur:tanta pecunia damnantur:quanta exolui non posset.Igitur phocenses cū
agris liberis coniugibusq̄ priuarentur desperatis rebus Philomene quōdam duce uelut deo
irascente templum ipsum Apollinis delphis occupauere.Inde auro & pecunia diuites condu-
cto mercenario milite bellum thebanis intulerunt:factumq̄ phocensium tametsi omnes exe-
crarentur propter sacrilegium:plus tamen inuidiæ thebanis:a quibus ad hanc necessitatem
compulsi fuerant:q̄ ipsis intulit.Itaq̄ auxilia his & ab atheniensibus & a lacedæmōiis missa.
Prima igitur congressione Philomenes thebanos castris exiit:sequenti prælio primus inter
confertissimos dimicans cecidit:sacrilegii poenas impio sanguine luit.In huius locum dux Oe-
nomaus creatur:aduersus quem thebani thessaliq̄ non ex ciuibus suis ne uictoris potentiam
ferre non possent:sed Philippum macedoniæ regem ducem eligunt:& externæ dominationi:
quam in suis timuerunt:spōte succedunt.Igitur Philippus quasi sacrilegii non thebanorum
ultor esset:omnes milites coronas laureas sumere iubet:atq̄ ita ueluti deo duce in prælium
pergit.Phocenses insignibus dei conspectis conscientia delictorum teriti abiectis armis fugā
capessunt:poenasq̄ uiolatae religionis sanguine & cædibus suis pendunt.Incredibile quātam
ea res apud oēs nationes Philippo gloriam dedit.Illum uindicem sacrilegii:illum ultorem re-
ligiōum:quod orbis uiribus expiari debuit:solum qui piacula exigeret extitisse dignum.Itaq̄
diis proximus habetur:per quem deorum maiestas uindicata sit.Sed athenienses audito bel-
li euentu ne in græciam Philippus transfiret:angustias thermopilarum pari ratione secuti an-
tea aduenientibus persis occupauere:sed nequaq̄ simili aut uirtute aut causa.Siquidem tunc
pro libertate græciæ nunc pro sacrilegio publico:tunc a rapina hostium templa uindicaturi:
nunc aduersus uindices templorum raptores defensuri.Aguntq̄ se propugnatores sceleris:cu-
ius turpe erat alios uindices fuisse:immemores prorsus q̄ in dubiis rebus suis illo deo etiam
consiliorum auctore usi fuerant:q̄ illo duce tot bella uictores inierant:tot urbes auspiciato cō-
diderant:tantum imperium terra mariq̄ quæsierant:q̄ nihil sine maiestate numinis eius aut
priuatæ unq̄ aut publicæ rei gesserant.Tantum facius admisisse ingenia omnia doctria excul-
ta:pulcherrimis legibus institutisq̄ formata: ut quid unde posthac succenfere iure barbaris
possint: non habent:sed nec Philippus melioris fidei aduersus socios fuit. Quippe ueluti ti-
mens ne ab hostibus sacrilegii scelere uinceretur:ciuitates quarum paulo ante dux fuerat: quæ
sub auspiciis eius militauerant:quæ gratulatae illi sibiq̄ uictoriam nactæ fuerant hostiliter
occupatas diripuit.Coniuges liberosq̄ omnium sub corona uændidit:non deorum immor-
talium templis:non ædibus sacris:non diis penatibus publicis priuatiscq̄:ad quos paulo ante
ingressus hospitaliter fuerat pepercit.Prorsus ut non tam sacrilegi ultor extitisse:q̄ sacrilegio-
rum licentiam quæsisse uideretur.Inde ueluti rebus egregie gestis in capadociam traiecit:ubi
bello pari perfidia gesto captisq̄ per dolum & occisis finitimis regibus uniuersam prouinciā
imperio macedoniæ adiungit.Deinde ad abolendam inuidiæ famam qua insignis præ cæte-
ris tunc temporis habebatur:per regna mittit & opulentissimas ciuitates & phana ac templa
qui opinionem ferrent regem Philippum magna pecunia locare:& muros per ciuitates &
phana ac templa facienda:& ut per præcones susceptores sollicitarentur:qui cum in macedo-
niam uenissent uariis dilationibus frustrati uim regiæ maiestatis timentes taciti proficisce-
bantur.Post hæc Olynthios aggreditur:receperant enim per misericordiam post cædem uni-
us duos fratres eius:quos Philippus ex nouerca genitōs ueluti participes regni interficere ge-
stiebat.Ob hanc igitur causam urbem antiquam & nobilem excidit: & fratres olim desti-
nato supplicio tradit:prædaq̄ ingenti pariter & parricidii uoto fruitur.Inde quasi omnia:
quæ agitasset animo:ei licerent:auraria in thessalia argenti metalli in thracia occupat. Et ne
quod ius uel fas inuiolatū prætermitteret:piraticam quoq̄ exercere instituit.His ita gestis for-
te uenit ut eum fratres duo reges thraciæ non contemplatione iusticiæ eius:sed iuicem me-
tuentes ne alterius uiribus accederet disceptationum suarū iudicem eligerent.Sed Philippus

more ingenii sui ad iudicium ueluti ad bellum inopinantibus fratribus instructo exercitu su
peruenit: regno utrunq; non iudicis more sed fraude latronis ac scelere spoliavit. Dum hæc
aguntur legati Atheniensium petentes pacem ad eum uenerunt: quibus auditis & ipse lega-
tos athenas cum pacis conditionibus misit: ibiq; ex commodo utrorunq; pax facta. Ex cæte-
ris quoq; græciæ ciuitatibus non pacis amore sed belli metu legationes uenere. Siquidem
crudescente ira thessali boetiūq; orant: ut profectum aduersum phocenses ducem græciæ ex-
hibeat tanto odio phocensium ardentes: ut obliti cladum suarum perire ipsi q̄ non perdere
eos præoptarent: expertamq; Philippi crudelitatem pati: q̄ parcere hostibus suis mallent. Con-
tra phocensium legati adhibitis lacedæmoniis & atheniensibus bellum deprecabantur: cuius
ab eo dilationem ter iam emerant. Fœdum prorsus miserandumq; spectaculum: græciam eti-
am nunc & uiribus & dignitate orbis terrarum principem regum certe gentiumq; semper ui-
ctricem: & multarum adhuc urbium dominam alienis excubare sedibus: aut rogantem bellū
aut deprecantem in alterius ope omnem spem posuisse. Orbis terrarum uin dices eo usq; dis-
cordia sua ciuilibusq; bellis redactos ut adulentur ultro sordidam paulo ante clientelæ suæ
partem & hoc potissimum facere thebanos lacedæmoniosq; antea inter se imperium nunc
græciæ imperantis æmulos. Philippus inter hæc uindicatione gloriæ suæ tantarum urbium
fastigium agitat: atq; utros potius dignetur: æstimat. Secreto igitur auditis utriusq; legationi-
bus his ueniam belli pollicetur iureiurando adactis responsum nemini prodituros: illis con-
tra uenturum se auxiliumq; laturum. Utrosq; uetat parare bellum aut metuere: sic uariato re-
sponso securis omnibus thermopylarum angustias occupat. Tunc primum phocenses se cap-
tos in fraude Philippi animaduertentes trepidi ad arma confugiunt. Sed neq; spacium erat in-
struendi belli nec tempus ad contrahenda auxilia: & Philippus excidium minabatur: ni fieret
deditio. Victi igitur necessitate pacta salute se dedunt. Sed pactio eius fidei fuit: cuius antea
fuerat deprecati belli promissio. Igitur cæduntur passim: rapiunturq; non liberi parentibus: nō
coniuges maritis: non deorum simulachra templis suis relinquuntur: unum tantum miseris
solatium fuit: quod cum Philippus portione prædæ socios fraudasset: nihil rerum suarum a-
pud inimicos uiderant. Reuersus in regnum: ut pecora pastores nūc in hybernos nūc in æsti-
uos saltus traiciunt: sic ille populos & urbes. Ut illi uel replenda uel dereliquenda quæq; lo-
ca uidebantur: ad libidinem suam transfert: miseranda ubiq; facies: & excidio similis erat. Nō
quidem paor ille hostilis: nec discursus per urbem militum erat: non tumultus armorum: nō
boum atq; hominum rapina: sed tacitus memor & luctus: uerentibus ne ipsæ lachrymæ pro
contumacia haberetur. Crescit dissimulatione ipsa: dolor hoc altius dimissis quo minus pro-
fiteri licet. Nunc sepulchra maiorum: nunc ueteres penates: nunc testæ: in quibus geniti erant
in quibusq; genuerant: considerabant. Miserantes nunc uicem suam: q; in eam diem uixisset
nunc filiorum: q; non post eam diem nati essent: alios populos in finibus ipsis hostibus oppo-
nit: alios in extremis regni terminis statuit: quosdam bello captos in supplementis urbium
diuidit. Atq; ita ex multis gentibus nationibusq; unum regnum populumq; constituit. Com-
positis ordinatisq; macedoniæ rebus dardanos cæterosq; finitimos fraude captos expugnat.
Sed nec a proximis manus abstinet. Siquidem Arisban regem epiro uxori suæ Olympiadi ar-
etissima cognatione uinctum pellerere regno statuit: atq; Alexandrum priuignum eius uxoris
Olympiadis fratrem puerum honestæ pulchritudinis in macedonia nomine sororis accersit:
omniq; studio sollicitatum in spem regni simulato amore ad stupri consuetudinem perpulit
maiora in eo obsequia habiturus sine conscientia pudore sine regni beneficio. Igitur cum .xx
ad annos peruenisset ereptum Arisbæ regnum puero admodum tradit: scelestus in utroq; nā
nec i eo ius cognatiōis seruauit: cui ademit regnū: & eū cui dedit: ipudicum fecit ante q̄ regē.

IVSTINI HISTORICI LIBER NONVS.

In græciam Philippus cum uenisset sollicitatus paucarum ciuitatum direptioe
& ex præda modicarū urbiū quætae opes uniuersæ esset aio prospiciens: bellū
toti græciæ inferre statuit. Ad cuius emolumentū egregie prinere ratus si sibi by-
zantiū nobilē & maritimā urbē receptaculū terra mariq; copiis suis futuræ in-
potestati redegisset: eadē claudētē sibi portas obsidiōe cixit. Hæc nāq; urbs cō-
dita priō a Pausania rege spartæoz & p. vii. ānos possessa fuit: deinde uariāte uictoria: nūc lace-
dæmoniōz: nūc atehniēsiū uiris hira ē. q̄ incerta possessio efficit: ut nemie q̄ si sua auxiliis iu-

vate libertate constantius tueret. Igitur Philippus longa obsidionis mora exhaustus pecuniae commercium de piratica mutuatur. Captis itaque, clxx. nauibus mercium ex distractis anhelantem inopiam paululum recreauit. Deinde ne unius urbis oppugnatione tantus exercitus teneatur profectus cum fortissimis multas Chersonensium urbes expugnat filium Alexandrum x. & viii. annos natum: ut sub militia patris tyrocinii rudimenta deponeret: ad se accersit: in scythiam quoque praedandi causa profectus more negociantium impensas belli alio bello refecturus. Erat eo tempore rex scytharum Matthaeus qui cum bello istrianorum premeretur auxilium a Philippo per apollonienses petit: in successione eum regni scythiae adoptaturus: cum interim istrianorum rex decedens & metu belli & auxiliorum necessitate scythas soluit itaque Matthaeus remissis macedonibus renunciari Philippo iubet: neque auxilium eius se petisse: neque adoptionem mandasse. Nam neque uindicta macedonum egere scythas, quibus meliores forent: neque heredem sibi icolumi filio deesse. His auditis Philippus legatos ad Matthaeum mittit: impensae obsidionis portionem petentes: ne inopia bellum deserere cogatur. Quod eo promptius eum facere debere quam missis a se in auxilium eius militibus nec sumptum quidem uiae non modo officii precia dederit. Matthaeus inclementiam caeli & terrae sterilitatem causatus: quae non patrimoniis ditet scythas: sed uix alimeta exhibeat: respondit: nullas sibi opes esse quibus tantum regem expleat: & turpius putaret paruo defungi quam totum abnuere. Scythas autem uirtute animi & duricia corporis non opibus censeret. Quibus derisus Philippus soluta obsidione byzantii scythica bella aggreditur: praemissis legatis: quo securiores faceret qui nuncient Matthaeum dum byzantium obsidet uouisse statuam Herculi ad quam in hostio Istri ponendam se uenire placatum accessum ad religionem dei petens amicus ipse scythis uenturus. Ille si uoto fungi uelit: statuam sibi mitti iubet: non modo ut ponatur: uerum etiam ut inuiolata maneat: pollicetur. Exercitum autem fines ingredi negat se passurum: ac si in uitis scythis statuam ponat: eo digresso sublaturum uersurumque aes statuae in aculeos fagitarum. His utrinque irritatis animis praelium committitur. Cum uirtute & animo praestarent scythae: astutia Philippi uincuntur, xx. milia puerorum ac foeminarum capta: pecoris magna uis: auri argenti que nihil. Ea primum fides inopiae scythicae fuit, xx. milia nobilium equarum ad genus faciendum in macedoniam missa. Sed reuertenti a scythia tribali Philippo occurrunt: negant se transitum duros: nisi portionem accipiant praedae. Hinc iurgium & mox praelium. In quo ita in femore uulneratus est Philippus: ut per corpus eius equus interficeretur. cum omnes occisum putarent: praeda amissa est. Ita scythica uelut deuota spolia pene uictuosa macedonibus fuere. Vbi uero ex uulnere primum conualuit diu dissimulatum bellum atheniensibus infert: quorum causa thebani se iunxere: ne uictis metuentes atheniensibus ueluti uicinum incendium belli ad se transfret. Facta igitur inter duas paulo ante infestissimas ciuitates societate legationibus graeciam fatigat: communem hostem putant communibus uiribus summouendum. Neque enim cessaturum Philippum si prospere prima successerint: nisi si omnem graeciam domuerit. Motae quaedam ciuitates atheniensibus se iungunt: quaedam autem ad Philippum belli metus traxit. Praelio commisso cum athenienses longe maiore militum numero praestarent assiduis bellis indurata uirtute macedoniam uincuntur: non tamen immemores pristinae gloriae cecidere. Quippe aduersis uulneribus omnes loca quae tuenda a ducibus acceperant: morientes corporibus texerunt. Hic dies uniuersae graeciae & gloriam dominationis & uetustissimam libertatem finit. huius uictoriae callide dissimulata laetitia est. Denique non solita sacra Philippus illa die fecit: non conuiuio risit: non ludos inter epulas adhibuit: non coronas aut unguenta sumpsit: & quantum in illo fuit ita uicit ut uictorem neminem sentiret. Sed nec regem se graeciae sed ducem appellari iussit. Atque ita inter tacitam laeticiam & dolorem hostium temperauit: ut neque apud suos exulasse: neque apud uictos insultasse uideretur. Atheniensibus quos passus infestissimos fuerat: & captiuos gratis remisit: & bello consumptorum corpora sepulturae reddidit: reliquiasque funerum ut ad sepulchra maiorum ferrent ultro ortatus est. super haec Alexandrum filium cum amico Antipatro: qui pacem cum his amicitiamque iungeret: athenas misit. Thebanorum porro non solum captiuos: uerum etiam interfectorum sepulturam uendidit. Principes ciuitatis alios securi percussit: alios in exilium redegit: bonaque omnium occupauit: pulsos deinde per iniuriam in patriam restituit ex horum numero: ccc. exules iudices rectoresque ciuitati dedit. Apud quos cum potentissimi quinq; rei eius ipsius criminis postularentur: quod per iniuriam se in exilium egissent: huius constantiae fuerunt: ut omnes se auctores faterentur: meliusque cum re. p. actum cum damna-

ti essent: q̄ cum restituri contenderent. Mira prorsus audacia de iudicibus uitæ necisq; suæ
 quemadmodum possunt sententiam ferunt: cotemnuntq; absolutionem: quam dare inimic
 possunt. & quoniã rebus neq̄it ulcisci uerbis usurpât libertatē. Cōpositis i græcia rebus Phi
 lippus omnium ciuitatum legatos ad formandum regē præsentium statum euocari corinthū
 iubet. Ibi pacis legem uniuersæ græciæ pro meritis singularum ciuitatum statuit: consiliūq;
 omnium ueluti unum senatum ex omnibus eligit. Soli lacedæmonii & legem & regem con
 temperunt: seruitutem non pacem rati: quæ non ipsis ciuitatibus conueniret: sed a uictore
 ferretur. Auxilia deinde singularum ciuitatum describuntur: siue adiuuandus ea manu rex
 oppugnante aliquo foret: seu duce illo bellum inferendum: neq; enim dubium erat imperiū
 perfarum his apparatibus peti. Summa auxiliorum. cc. milia peditum fuere: & equitum. xv.
 milia. Extra hanc summam & macedoniæ exercitus erat: & confinis domitarum gentiū bar
 baries. Initio ueris tres duces in asiam perfarum uiris præmittit Parmemonem: Amyntam:
 & Attalum: cuius sororem nuper expulsa Alexandri matre Olympiade propter stupri suspici
 onem in matrimonium acceperat. Interea dum auxilia a græcia coeunt: nuptias cleopatræ fi
 liæ Alexandri: quem Epiri fecerat: celebrat. Dies erat pro magnitudine duorum regū
 & collocantis filiam & uxorem ducentis apparatibus insignis. Sed nec ludorum magnificen
 tia deerat: ad quorum spectaculum Philippus cum sine custodibus medius inter duos Alexā
 dros filium generumq; concederet: Pausanias nobilis ex macedonibus nemini suspectus ado
 lescens occupatum angustiis Philippum in transitu obruncat: diemq; læticiæ destinatū soe
 dum luctu funeris facit. Hic Pausanias primis pubertatis annis stuprum per iniuriam passus
 al Attalo fuerit: cuius indignitati hæc etiam sceditas accesserat. Nam perductum in conuiuio
 solutumq; mero Attalus non suæ tantum uerum & conuiuiarum libidini uelut scortum uile
 subiicerat: ludibriumq; omnium inter coæquales reddiderat. Hanc rem ægre ferens Pausani
 as querelam Philippo sæpe detulerat. Cum uariis frustrationibus non sine risu deferretur: &
 honoratum in super ducatu aduersarium cerneret: iram in ipsum Philippum uertit: ultionēq;
 quam aduersario non poterat: ab iniquo iudice exegit. Creditum est etiam inmissum ab O
 lympiade matre Alexandri fuisse: nec ipsum Alexandrum ignarum paternæ cædis extitisse: q̄
 pe non minus Olympiadem repudium & prælatam sibi Cleopatram q̄ stuprum Pausaniam
 doluisse. Alexandrum quoq; regni æmulum fratrem ex nouerca susceptum tenuisse: eoq;
 actum ut in conuiuio antea primum cum Attalo mox cum ipso patre iugaret: Adeo ut eti
 am stricto gladio eum Philippus consecutus sit: ægreq; a filii cæde amicorum precibus exo
 ratus. Quamobrem Alexander ad auunculum se in Epirum cum matre: inde ad reges illyrio
 rum cōtulerat: uixq; reuocanti mitigatus est patri: precibusq; cognatorum ægre redire com
 pulsus. Olympias quoq; fratrem suum Alexandrum Epiri regem in bellum subornabat: per
 uicissetq; ni filia nuptiis pater generum occupasset. His stimulis irarum utriq; Pausaniam
 de impunitate stupri sui querentem ad tantum facinus impulisse credūtur. Olympias cer
 te fugienti percussori equos quoq; præparatos habuit. Ipsa deinde audita regis nece cum ti
 tulo officii ad exequias eadem nocte cucurrisset: in cruce pendentis Pausaniæ capiti eadem
 nocte qua uenit: coronam auream imponit: quod nemo alius audire nisi hæc superstitie Phi
 lippi filio potuisset. Paucos deinde post dies refixū corpus interfectoris super reliquias crema
 uit: & tumulum ei eodem fecit in loco: parentariq; eidem quot annis incussa populo super
 stitione curauit. Post hæc Cleopatram: a qua pulsa Philippi matrimonio fuerat: in gremio ei
 us prius filia interfecta finire uitam suspendio coegit: spectaculoq; pendentis ultione potita
 est: ad quam per parricidium festinauerat. Nouissime gladium illum: quo rex percussus est:
 Apollini sub nomine myrtalis consecrauit: Hoc enim nomen ante Olympiadis paruulæ fuit
 quæ omnia ita palam facta sunt: ut timuisse uideatur: ne facinus ab ea commissum non pro
 baret. Decessit Philippus. xl. & vii. annoꝝ cū ānis. xxv. regnasset. genuit ex larissæa salatrice
 filiū Arideū: qui post Alexandrum regnauit. habuit & multos alios filios ex uariis matrimo
 niis regio more susceptos: qui p̄ti fato partim: ferro pierē. Fuit rex armoz̄ q̄ conuiuioꝝ appa
 ratibus studiosior: cui maxime opes erant instrumenta bellorum diuitiarum quæstu q̄ custo
 dia solertior. Itaq; inter quottidianas rapinas semper inops erat: misericordia i eo & perfidia
 pari iure dilectæ. Nulla apud eū turpis ratio uincendi: blandus pariter & insidiosus alloquio
 qui plura promitteret: q̄ præstaret. In seria & iocos artifex: amicitias utilitate non fide cole
 bat: Gratiam fingere in odio: instruere inter concordantes odia: apud utrūq; gratiam quæref
 solēnis illi consuetudo. Inter hæc eloquētia & ifignis oratio acumis & solertia plena: ut nec

ornatui facilitas nec facilitati iuentionū deesset ornatus. Huic Alexāder successit & uirtute & uiciis p̄ maior. Itaq; uicēdi rō utriq; diuersa hic apta ui: ille artibus bella tractabat: deceptis ille gaudere hostibus: hic palā fufis. Prudentior ille consilio: hic animo magnificentior: Irā pater dissimulare plæruncq; & uincere: hic ubi exarsisset: nec dilatio ultionis nec modus erat. Vini nimis uterq; auidus: sed ebrietatis diuersa uitia patri mos erat: & de conuiuio in hostē procurrere: manum conferere: periculis se temere offerre. Alexander non in hostem: sed in suos sauebat quamobrem Philippum saepe uulneratum praelia remiserē: hic amicorum intersector conuiuio frequenter excessit. Regnare ille cum amicis nolebat: hic in amicos regna exercebat. Amari pater malle: hic metui: litterarum cultus utriq; similis. Solertiae pater maior: hic fidei: uerbis atq; oratione Philippus: hic rebus moderatior: parcēdi uictis filio animus & promptior & honestior: frugalitati pater: luxuriæ filius magis deditus erat: quibus artibus orbis imperii fundamenta pater fecit: operis totius gloriam filius consumauit.

IVSTINI HISTORICI LIBER .X.

ARtaxerxi regi persarum ex pellicibus. cxv. filii fuere: sed tres tantum iusto matrimonio suscepti: Darius: Ariarates. & Occhus. Ex his Darium contra morē persarum: apud quos rex nisi morte mutatur: per indulgētiam pater regem uiuus fecit: nihil sibi ablatum existimans: quod in filium contulisset: sinceriusq; gaudium ex procreatione capturum: si insignia maiestatis suæ uiuus in filio cōspexisset: Sed Darius post noua paternæ pietatis exempla interficiendi patris consilium cepit. Sceleratus fuisse: si solus parricidium cogitasset: tanto sceleratior quanto in societatem facinoris assumptos. I. fratres fecit parricidas. Ostenti profus genus: ubi in tanto populo non solum sociari: uerum etiam fileri parricidium potuit: ut ex. I. liberis nemo inuentus sit: quem aut paterna maiestas: aut ueneratio senis: aut indulgentia patris a tanta immanitate reuocaret. Adeo ne uile paternum nomen apud tot numero filios fuit: ut quorum præsidio tutus etiam aduersus hostes esse debuerat: eorum insidiis circumuentus tutior ab hostibus q̄ a filiis fuerit. Causa parricidii sceleratior ipso parricidio fuit. Occiso quippe Cyro frater no bello: cuius mentio supra habita est: Astasiam pellicem eius rex Artaxerxes in matrimonium receperat. Hanc partem cedere sibi sicuti regnum Darius postulauerat: qui pro indulgentia sua in liberos primo factuz se dixerat: mox poenitentia ductus ut honeste negaret: quod temere promiserat: solus eam sacerdotio præfecit: q; perpetua illi ab omnibus uiris pudicitia imperabaf. Hinc exacerbatus iuuenis in iurgia primo patris erupit: mox facta cum fratribus coniuratione dum patri insidias parat: depræhensus cum sociis poenas parricidii diis paternæ maiestatis ultoribus dedit: coniuges quoq; omnium cum liberis: ne quod uestigium tanti sceleris extaret: interfectæ sunt. Post hæc Artaxerxes morbo ex dolore contracto decedit. Rex q̄ pater felicior. Hæreditas regni Occho tradita: qui timens parem coniurationem regiam cognatorum cæde & strage principum replet: nulla non sanguinis non sexus: non ætatis misericordia permotus: scilicet ne innocentior fratribus parricidis haberetur. Atq; ita ueluti purificato regno bellum armeniis infert. In eo cum aduersus prouocatorem hostium Codomanus. quidam omnium fauore processisset: hoste cæso uictoriam suis pariter & ppe amissam gloriam restituit. Ob hæc decora idem Codomanus præficitur Armeniis. Interiecto deinde tempore post mortem Occhi regis ob memoriam pristinae uirtutis rex a populo constituitur. Darii nomine ne quid regiae maiestati deesset honoratus: bellumq; cum Alexandro magno diu uariante fortuna magna uirtute gessit. Postremo uictus ab Alexandro & a cognatis occisus uitam pariter cum persarum regno finiuit.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XI.

IN exercitu Philippi sicuti uariæ gentes erant: ita eo occiso diuersi motus animorum fuere. Alii quippe iniusta seruitute oppressi ad spem se libertatis erigebant. Alii tædio longinquæ militiæ remissam sibi expeditionem gaudebāt: nonnulli facē nuptiis filiae accensam rogo patris subditam dolebant. Amicos quoq; tam subdita mutatione rerum haud mediocris metus ceperat: reputantes nūc prouocatam Asiam: nūc Europā nūdū perdomitā: nūc Illyrios & thra-

cas & dardanos cæterasq; barbaras gentes fidei dubiæ & mentis infidæ: qui omnes populi si pariter deficient resisti nullo modo posse. His rebus uelut medela quædam interuentus Alexandri fuit: qui pro concione ita uulgus omne consolatus hortatusq; pro tẽpore ẽ: ut & metu timẽtibus demeretur: & in spem sui omnes impelleret. Erat hic annos. xx. natus: in qua ætate ita moderate de se multa pollicitus est: ut appareret plura eũ expimentis referuare. Macedonibus immunitatem cũstaxã regẽ preter militiã uacationem dedit. quo factõ tantũ sibi fauorem omniũ concilauit: ut corpus hominis non uirtutem regis mutasse se dicerent. Prima illi cura paternax̃ exequiãz fuit. In quibus ante omnia cædis consocios ad tumultũ patris occidit iussit: soli Alexandro lyncistax̃ fratri pepercit: seruans in eo auspiciũ dignitatis suæ: nam regem eũ primus salutauerat. æmulũ quoq; imperii Caranũ fratrem ex nouerca susceptũ interfici curauit. Inter initia multas gentes rebellantes compescuit: orientes nonnullas seditiones extinxit: quibus rebus erectus tacito gradu in grãciam contendit: ubi exemplo patris Corinthum euocatis ciuitatibus dux in locũ eius substituit. Inchoatũ deinde a patre persicũ bellũ aggreditur: in cuius apparatu occupato nũciatur Atheniẽses Thebanos & Lacedæmonios ab eo ad persas defecisse: auctoremq; eius defectionis magno auri pondere a persis corruptũ Demosthenem oratorẽ extitisse: qui macedonũ delatas omnes cũ rege copias a tribalis affirmauerit: producto in concionem auctore qui in eo prælio: in quo rex ceciderat: se quoq; uulneratũ diceret. Quã opĩnionẽ mutatos omniũ ferme ciuitatũ animos esse præsidia Macedonũ obfideri: quibus motibus occursum tanta celeritate instructo paratoq; exercitu grãciam operessit: ut quem uenire non senserant: uidere se uix crederent. In transitu hortatus Thessalos fuerat: beneficiorumq; Philippi patris maternax̃q; suæ cum his ab æacidax̃ gente necessitudinis admonuerat: cupide hæc thessalis audiẽtib; exemplo patris dux uniuersæ gentis creatus erat: & uectigalia omnia reditusq; suos ei tradiderant: Sed Athenienses sicuti primi defecerunt: ita primi poenitere cœperunt: contemptum hostis in admiratione conuertentes: pueritiamq; Alexandri spretam antea supra uirtutem uetæz ducum extollentes. Missis itaq; legatis bellum deprecantur: quibus auditis & grauius increpatis Alexander bellum remisit. Inde thebas exercitũ conuertit: eadem indulgentiã usus si parem poenitentiam inuenisset. Sed Thebani armis non precibus nec deprecatione usi sunt. Itaq; uicti grauißima quæq; supplicia inferrimæ captiuitatis experti sunt. Cum in consilio de excidio urbis deliberaretur Phocenses & Plataenses & Thespienses & Orchomeni Alexandri socii uictoriæq; participes excidium urbiũ suax̃ crudelitatemq; thebanox̃ referẽbant: studia in persas non præsentia tantũ uerũ etiam & uetera aduersus grãciã libertatem increpantes. Quamobrem odiũ eos omniũ populox̃ esse: quod uel ex eo manifestari: quod iureiurando se omnes abstrinxerint: ut uictis persis Thebas diruerent: adiiciũt & scelegz priox̃ fabulas: quibus omnes scænas repleuerant: ut non præsentia tantũ perfidia: uerum & uetere infamia inuisi forent. Tũc Eleadas unus ex captiuis data potestate dicendi non a rege se defecisse: quem interfectum audierint: sed a regis hæc redibus: quicquid in eo sit admissum credulitatis non perfidiæ culpam esse: cuius tamen iam magna se supplicia pependisse. Deleta iuuentute nunc senum sceminax̃q; sicuti infirmum: ita innoxium restare uulgus: ipsumq; stupris cotumeliisq; ita uexatum esse: ut nihil amarius uq̃ sint passi: nec iam pro ciuib; se: qui tam pauci remanserint orare: sed pro innoxio patriæ solo & pro urbe: quæ non uiros tantum uegetiã deos genuerit. Priuata etiam regem superstitione deprecatur: geniti apud ipsos Herculis: unde originem gens æacidax̃ trahat. Actaq; Thebis a patre eius Philippo puericia rogat: urbi parcat: quæ maiores eius partim apud se genitos deos adoret: partim educatos summæ maiestatis reges uiderit. Sed potentior fuit ira q̃ preces. Itaq; urbs diruitur: agri inter uictores diuiduntur: captiui sub corona uandunt: quoq; precium non ex ementium commodo: sed ex inimicox̃ odio extenditur: miseranda res Atheniensibus uisa. Itaq; portas refugiis profugox̃ contra interdictum regis aperuere quã rem ita grauius tulit Alexander: ut secunda legatione denuo bellum daprecantibus ita demum remisit: ut oratores & duces quoq; fiducia totiens rebellent: sibi dedantur: paratĩq; atheniensibus ne cogantur subire bellum: eo res deducta est: ut retentis oratoribus duces in exilium agerentur: qui ex cotinenti ad Dariũ profecti non mediocre momentum persax̃ uiribus accesserent. Proficiscens ad persicũ bellum omnes nouercæ suæ cognatos: quos Philippus in excelsiorum dignitatis locum prouehens imperiis præfecerat: interficit: sed nec suis: qui apti regno uidebantur: pepercit: ne qua materia seditionis procul se agente in macedonia remaneret: & reges stipendiarios conspectioris ingenii ad commilitium secũm trahit: seniores ad tutelam re

Demosthenes

gni relinquit: adunato deinde exercitu naues onerant: unde conspecta Asia incredibili ardore
mentis accensus duodecim aras deorum in belli uota statuit. Patrimonium omne suū: quod
in macedonia europaq; habebat amicis diuidit: sibi asiam sufficere præfatus: Priusq; nulla na-
uis littore excederet: hostias cædit: petens uictoriam bello: quo totiens a persis petita græciæ
ultor relictus sit: quibus longa iam fatis & matura imperia contigisse: quorumq; tempus esse
uices excipere melius acturos. Sed neq; exercitus eius alia q̄ regis animoq; præsumptio fuit.
Quippe obliti omnes coniugium liberorumq; & longinquæ a domo militiæ persicum auge
& totius orientis opes iam quasi suam prædam ducebant: nec belli periculorum sed diuitiæ
meminerant. Cum delati in continentem essent: primus Alexander iaculum uelut in hostilē
terram iecit: armatusq; de nauī tripudianti similis prosiluit: atq; ita hostias cædit: precatus ne
se regem illæ terræ inuitæ accipiant. In illo quoq; ad tumulos eorum: qui troiano bello ceci-
derant: parentauit. Inde hostem petēs milites a populatione asiæ prohibuit: parcendum suis
rebus præfatus: nec perdenda ea: quæ possessuri uenerant. In exercitu eius fuere peditū. xxxii.
milia: equitum quattuor milia quingenti naues centum. lxxxii. hac tam parua manu uniuersum
terrarum orbem utrum sit admirabilis uicerit: an aggredi ausus fuerit: incertum est: cū
ad tam periculosum bellum exercitum legerit non iuuenes robustos nec primo flore ætatis:
sed ueteranos plerōsq; etiam emeritæ militiæ: qui cum patre patruisq; militauerant: elegit: ut
non tam milites q̄ magistrōs militiæ electos putares. Ordines quoq; nemo nisi sexagenarius
duxit: ut si principia castrorum cerneret: senatum te alicuius præcæ rei publicæ uidere dice-
res. Itaq; nemo in prælio fugam sed uictoriam cogitauit: nec in pedibus cuiquam spes sed in
lacertis fuit. Contra rex persarum Darius fiducia uirium nil astu agere affirmans suis occulta
consilia uictoriæ furtiue conuenire: nec hostem regni finibus arcere: sed intimum regnum ac-
cipere: gloriosus ratus repellere bellum: q̄ non admittere. Prima igitur congressio in campis
Adrastris fuit. In acie persarum sexcenta milia militum fuere: quæ non minus arte Alexandri
q̄ uirtute macedonum superata terga uerterunt. Magna itaq; cædes persarum fuit. De exerci-
tu Alexandri nouem pedites: centum. xx. equites cecidere: quos rex impense ad cæterorum so-
lacia humatos statuis equestribus donauit: cognatisq; eorum immunitates dedit. Post uicto-
riam maior pars asiæ ad eum defecit: gessit & plura bella cum præfectis Darii: quos iam non
tam armis q̄ terrore nominis sui uicit. Dum hæc aguntur: interim inditio captiui ad eum de-
fertur: insidias ei ab Alexandro lyncistarum genero Antipatris qui præpositus macedoniæ e-
rat: parari: ob quam causam timens ne quis interfecto eo in macedonia motus oriretur: in uin-
culis eum habuit. Post hæc gordii urbem petit: quæ posita est inter phrygiam maiorem &
minorem: cuius urbis potiundæ non tam propter prædam cupido eum cepit: sed quod audie-
rat in ea urbe in templo iouis iugum plaustrī gordii positum: Cuius nexum si quis soluisset:
eum tota asia regnaturum antiqua oracula cecinisse: huius rei causa & origo illa fuit. Gordi-
us cum in his regionibus bobus conductis araret: aues eum omnis generis circum uolare cœ-
perūt. Profectus ad consulendos augures uicinæ urbis obuiam in porta habuit uirginem exi-
miæ pulchritudinis: percunctatusq; eam quem potissimum augurem cōsuleret. Illa audita cau-
sa consulendi gnara artis ex disciplina parentum regnum ei portendi respondit: polliceturq;
se & matrimonii & spei sociam: tam pulchra conditio prima regni felicitas uidebatur: post nu-
ptias inter phrygas orta seditio est: consulentibus de fine discordiarum oracula responderūt
rege discordiis opus esse: Iterato quærentibus de persona regis: iubentur eum regem obserua-
re: quem reuersi primum in templum iouis euntem plaustro repperissent: obuius illis Gor-
dus fuit: statimq; eum regem consalutant. Ille plaustrum: quo uehenti regnum delatum fue-
rat: in templo iouis positum maiestati consecrauit regiæ. Post hunc filius Mida regnauit: qui
ab Orpheo sacrorū solennibus initiatus phrygiam religionibus impleuit: quibus tutior om-
ni uita q̄ armis fuit. Igitur Alexander capta urbe cum in templum iouis uenisset: iugum plau-
stri requisit: quo exhibito cum capita loramentorum intra nodos abscondita reperire non
posset: uiolentius oraculo usus gladio loramenta cædit. Atq; ita resolutis nexibus latentia in
nodis capita inuenit hoc illi agenti nunciatur Darium cum ingenti exercitu aduentare. itaq;
timens angustias magna celeritate Taurum transcendit. In qua festinatione quingenta stadia
cursus fecit: cum tarsum uenisset captus cydni fluminis amœnitate per mediam urbem influ-
entis proiectis armis plenus pulueris ac sudoris in præfrigidam nudū undam se proiecit. Tū
repente tantus neruos eius occupauit rigor: ut interclusa uoce nō spes modo remedii: sed nec
dilatio periculi interueniret. Vnus erat ex medicis nomine Philippus qui solus remedium pol-

ut in Affinar

ut in Affinar
ut in Affinar
ut in Affinar

liceretur, sed & ipsum Parmenionis pridie a cappadocia missae epistolae suspectum faciebant qui ignarus infirmitatis Alexandri scripserat a Philippo medico ut caueret, nam corruptum illum a Dario ingenti pecunia esse; tutius tamen ratus dubiae se fidei credere q̄ indubitato morbo perire. Accepto igitur poculo epistolas medico tradidit: atq; ita inter bibendum oculos in uultum legentis intendit. Vt securum conspexit; laetior factus est sanitatemq; quarta die recepit. Igitur darius cum, ccc. militibus peditum & centum milibus equitum in aciem procedit. Mouebat haec multitudo hostium respectu paucitatis suae Alexandrum; sed interdum reputabat; quantas res cum ista paucitate gessisset; quantosq; populos fudisset. Itaq; cum spes metum uinceret periculosius differre bellum ratus; ne desperatio suis cresceret circum uictus suos singulas gentes diuersa oratione alloquitur. Illyrios & Thracas opum ac diuitiarum ostentatione graecos ueterum bellorum memoria aeterniq; cum persis odii accendebant. Macedones autem nunc europae uictae admonet; nunc asiae expetita; nec inuentas illis toto orbe pares uires gloriatur. Caeterum & laborum finem hunc & gloriae cumulum fore: atq; inter haec identidem consistere aciem iubet; ut hac mora consuescant oculis turba hostium sustinere; nec Darii segnis opera i ordinanda acie fuit. Quippe omissis ducum officiis ipse omnia circumire; singulos hortari; ueteris gloriae persarum imperiiq; perpetuae a diis immortalibus datae possessionis admonere. Post haec praelium ingentibus animis committit. In eo uterq; rex uulneratur tam diu certamen anceps fuit; quoad fugeret Darius. Exinde caedes persarum secuta est. Caesa sunt peditum unum & sexaginta milia; equitum decem milia; capta quadraginta milia. Ex macedonibus cecidere pedestres, cxxx. equites, c. l. in castris persarum multum auri caeteraq; opum inuentum. Inter captiuos castrorum mater & uxor eademq; soror & filiae duae Darii fuerunt; ad quas uisendas caeterosq; cum Alexander uenisset conspectis armatis inuicem se complexae uelut statim moriturae complorationem ediderunt. Prouolutae deinde genibus Alexandri non mortem; sed ut Darii corpus sepeliant; dilatione mortis deprecantur. Motus tanta mulierum pietate Alexander & Darium uiuere dixit; & timentibus mortis metum dimisit; easq; haberi & salutari ut reginas praecipit; filias quoq; non sordidius dignitate patris sperare matrimonium iussit. Post haec opes Darii diuitiarumq; apparatus contemplatus admiratione tantarum rege capitur. Tunc premium luxuriosa conuiuia & magnificentiam epularum sectari; tunc Bersanien captiuam diligere propter formae pulchritudinem coepit. A qua postea susceptum puerum Herculem uocauit; memor tamen adhuc Darium uiuere. Parmenionem ad occupandam persicam classem; aliosq; amicos ad recipiendas asiae ciuitates misit; quae statim audita fama uictoriae ipsius Darii praefectis cum auri magno pondere tradentibus se in potestatem uictorum uenerunt. Tunc in syriam proficiscitur; ubi obuios cum insulis multos reges orientis habuit. Ex his pro meritis singulorum alios in societatem recepit; aliis regnum ademit; suffectis in loca eorum nouis regibus. Insigni praeter caeteros fuit Abartomius rex ab Alexandro sidoniae constitutus; quem Alexander cum operam oblocare ad puteos exhauriendos hortosq; irrigandos solitus esset; misere uitam exhibentem regem fecerat; spretis nobilibus ne generis id non dantis beneficium putarent. Tyriorum ciuitas cum coronam auream magni ponderis per legatos in titulum gratulationis Alexandro misisset; grate munere accepto tyrum se ire uelle ad uota Herculi reddenda dixit; cum legati rectius id eum in tyro uetere & antiquiore templo facturum dicerent; inde deprecantes eius introitum ita exarsit; ut ubi excidium minaret. Confestim q̄ exercitu in insula applicato non minus animosis tyriis fiducia carthaginensium bello excipitur. Augebat enim tyriis animos Didonis exemplum; quae carthagine condita tertiam partem orbis quaesisset; turpe ducentes si foeminis suis plus animi fuisset in imperio quaerendo q̄ sibi in tuenda libertate. Amota igitur imbelli aetate carthagine & accersitis mox auxiliis non magno post tempore per prodicionem capiuntur. Inde Rhodum Alexander aegyptum ciliciamq; sine certamine recepit. Ad Iouem deinde Ammonem pergit consulturus & de euentu futurorum; & de origine sua. Namq; mater eius Olympias confessa uiro suo Philippo fuerat; Alexandrum non ex eo se sed ex serpente ingentis magnitudinis concepisse. Deniq; Philippus ultimo prope uitae suae tempore filium suum non esse palam praedicauerat; qua ex causa Olympiada uelut stupri compertam repudio dimiserat. Igitur Alexander cupiens originem diuinitatis acquirere simul & matrem infamia liberare per praemissos subornat antistites quid sibi responderi uelit. Ingredientem templum statim antistites ut Ammonis filium salutant. Ille laetus dei adoptione hoc se patri censerit iubet. Rogat deinde an omnes interfectores patris sui sit ultus; respondent patrem eius nec posse interfici nec mori; regis

Philippi peractam plene ultionem esse. Tertiam interrogationem poscenti uictoriam omnium bellorum possessionemque terrarum dari respondent: comitibus quoque suis responsum: ut Alexandrum pro deo non pro rege colerent. Hic illi aucta insolentia mirusque animo increuit tumor exempta comitate quam & grecorum litteris & Macedonum institutis didicerat. Reuersus ab Ammone Alexandriam condidit: & coloniam Macedonum caput esse ægypti iubet. Darius cum Babyloniā profugisset: per epistolas Alexandrum deprecatur redimendæque sibi captiuarum potestatem faciat: inque eam rem magnam pecuniam pollicetur. Sed Alexander in precium captiuarum regnum omne non pecuniam petit. Interiecto tempore aliæ epistolæ Darii Alexandro redduntur: quibus filiaë matrimonium & regni portio effertur. Sed Alexander sua sibi dari rescripsit: iussitque supplicem uenire: & regni arbitria uictori permittere. Tum spe pacis amissa bellum Darius reparat: quadringentis milibus peditum & centum milibus equitum obuiam uadit Alexandro. In itinere nunciatur uxorem eius ex collisione abiecti partus decessisse: eiusque mortem illachrymatum Alexandrum exequiasque benigne prosecutum: idque eum non amoris sed humanitatis causa fecisse. Nam semel eam tantum Alexandro uisam esse: cum matrem paruulæque filias eius frequenter consolaretur. Tunc Darius se ratus uere uictum cum post tot prælia & beneficia ab hoste superaretur: gratumque sibi esse se uincere nequeat: quod a tali potissimum uinceretur. Scribit itaque & tertias epistolas & gratias agit: quod nihil in suos hostile fecerit. Offerit deinde maiorem partem regni usque ad flumen eufratem: & alteram filiam uxorem: pro reliquis captiuis triginta milia talentorum ad hoc Alexander gratiarum actionem ab hoste superuacaneam esse respondit: nec a se quicquam factum in hostis adulatione: nec quod in dubios belli exitus aut in leges pacis sibi lenocinia quæreret: sed animi magnitudine: qua didicerit aduersus uires hostium non aduersus calamitates contendere. Polliceturque se præstaturum ea Dario si secundus sibi non par haberi uelit. Cæterum neque mundum posse duobus solibus regi: neque orbem summa duo regna: saluo statu terrarum habere: proinde aut deditioem eadē die aut in posteram aciem pareri: & nec polliceatur sibi aliam quam sit expertus uictoriam. Postera die aciem producunt: cum repente ante prælium confectum curis Alexandrum somnus arripuit. Cum ad pugnam solus rex deesset a Parmenione ægre exercitatus: quærentibus somni causas omnibus inter pericula cum etiam in ocio semper parcior fuerit: magno se metu liberatum ait: somnumque sibi a repentina securitate datum: quod licet cum omnibus Darii copiis confluere ueritum se longam belli moram: si persæ exercitum didissent: ante prælium utraq; acies hostibus spectaculo fuit. Macedones multitudinem hominum corporum magnitudinem armorumque pulchritudinem mirabantur: persæ autem a tam paucis uicta suorum tot milia stupebant. Sed nec duces circumire suos singulos cessabant Darius uix denis armatis singulos hostes: si diuisio fieret: euenire dicebat. Alexander macedonas monebat: ne multitudine hostium: ne corporis magnitudine uel coloris nouitate moueretur: tantum meminisse iubet: cum iisdem se tertio pugnare: nec meliores factos putarent fugam: cum in aciem secum tam tristem memoriam cædium suarum & tantum sanguinis de duobus præliis fusi ferrent. Et quemadmodum Dario maiorem turbam hominum esse sic uirum sibi. Hortatur spernant illam aciem auro & argento fulgente: in qua plus prædæ quam periculi sit cum uictoria non ornamentorum decore sed ferri uirtute quæratur. Post hæc prælium committitur. Macedones in ferrum cum contemptu totiens a se uicti hostis ruebant: contra persæ mori quam uinci præoptabant. Raro etiam ullo prælio tantum sanguinis fufum est. Darius cum uinci socios uideret: uoluit mori & ipse: sed a proximis fugere compulsus est. Suadentibus deinde quibusdam ut pons Cydni fluminis ad iter hostium impediendum includeret non ita saluti suæ uelle consultum ait: ut tot milia sociorum hostibus obiciat: debere & aliis fugæ uiam patere: quæ patuerit sibi. Alexander autem periculossissima quæque aggrediebatur: & ubi confertissimos hostes acerrime pugnare conspexisset: eo se semper ingerebant: periculaque sua esse non militum uolebat. Hoc prælio Asiæ imperium rapuit: quinto post acceptum regnum anno: cuius felicitas tanta fuit: ut post hoc nemo rebellare etiam ausus sit: patienterque Persæ post imperium tot annorum iugum seruitutis acceperint. Donatis refectionibusque militibus. xxxiiii. continuis diebus prædam recognoscit. In urbe deinde clausa. xi. milia talentorum inuenit. Expugnat & Persopolim caput persici regni urbem multis annis illustrem: refertaque orbis terrarum spoliis. quæ in teritu eius primū appuerunt. Inter hæc octigenti admodum greci occurrunt Alexandro: quæ pœnam captiuitatis truncata parte corporis tulerat: rogantes ut sicuti greciam se quoque ab hostis crudelitate uindicaret. Data parte redeundi agros: recipe maluerunt: ne non tam gaudium parentibus quam detestandum

fui cōspectum reportarent. Interea Darius in gratiam uictoris a cognatis suis aureis compedi-
bus cathenisq; in uico spartanorū Tanea uincit. Credo ita diis immortalibus uindictantibus:
ut in terra eorū: qui successuri imperio erant: persarū regnū finiretur. Alexander quoq; citato
cursu postera die superuenit. Ibiq; cognouit Dariū clauso uehiculo per noctem exportatum
Iusso itaq; exercitu subsequi cum septem milibus equitum fugientem insequitur. in itinere
multa & periculosa praelia fecit. Emensus deinde multa milia passuū cum nullum Dariū indi-
cium repperisset respirandi equis data potestate: unus ex militibus dū ad fontem proximum
pergit in uehiculo Dariū multis quidem uulneribus confossum sed spirantem adhuc inuenit
qui applicito captiuo cum ciuem ex uoce cognouisset: id saltem præsantis fortunæ solatium
se habere dixit: q; apud intellectū locuturus esset: nec incassum postremas uoces emissurus.
Proferri hæc Alexandro iubet se nullis in eum meritorū officiis maximorū illi debitorem
mori: q; in matre liberisq; suis regium eius non hostilem animū expertus: feliciusq; ho-
stem q; cognatos sortitus sit. Quippe & matri ac liberis suis ab eodem hostem uitam datam:
sibi a cognatis ereptam: quibus & uitam & regna dederit. Quamobrem gratiam illi eam
futuram: quam ipse uictor uolet. Alexandro referre se: quam solam moriens potest grati-
am precari superæ & inferum numina & regales deos: ut illi terrarū omnium uictori con-
tingat imperium: pro se iustam magis q; grauem sepulturæ ueniam orare. Quod ad ultio-
nem pertineat iam non suam sed exempli communemq; omnium regū esse causam: quam
negligere illi & indecorū esse & periculosum: quippe cum in altero iustitiæ eius: in altero
etiam utilitatis causa uerset: in quam rem unicum pignus fidei regiæ dextram se ferendam
Alexandro dare. Post hæc porrecta manu expirauit. Quæ ubi Alexandro nunciata sunt:
uiso corde defuncti tam indignam illo fastigio mortem lachrymis profecutus est: corpusq;
regio more sepeliri: & reliquias eius maiorē tumulis inferri iussit.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XII.

Alexander in persequendo Dario amissos milites magnis funerū impensis
extulit reliquis expeditionis eius sociis. xv. milia talentorū diuisit. Equo-
rum maior pars æstu amissa inutilisq; etiam qui superfuerant facti pecu-
nia omnis. ciiii. milia talentorū ex uictora nuper congesta: eiq; parmenio
præfici. Dum hæc agunt epistolæ antipatris: a macedonia reddunt: q;
bus bellum Agidis regis spartanorū in græcia: Alexandri regis epiro in Ita-
lia: bellum Sophyrionis præfecti eius in scythia continebant: q;bus uarie affectus plus tamē
letitiæ cognitis moribus duorū æmuloꝝ regū q; doloris amissi cū Sophyrione exercitus su-
sceperat. Namq; post profectiōem Alexandri græcia ferme omnis in occasionem recuperandæ
libertatis ad arma concurrerat auctoritatem lacedæmoniorū secuta: q; Philippi Alexandriq;
pacem soli spreuerant: & leges respuerant. Dux huius belli Agis rex lacedæmoniorū fuerat:
quem motū Antipater contractis militibus in ipso ortu oppressit: magna tamen utrinq; cæ-
des fuit. Agis rex cū suos terga dantes uideret dimissis satellitibus: ut Alexandro si felicitate
non uirtute inferior uideret: tantas strages hostium edidit: ut agmina interdū fugaret. Ad ex-
tremū & si a multitudine uictus: gloria tamen omnes uicit. Porro Alexander rex epiro in Ita-
liam a tarentinis auxilia aduersus brutios deprecantibus sollicitatus ita cupide profectus fue-
rat: ut in diuisione orbis terrarū Alexandro Olympiadis sororis suæ filio oriens & sibi occi-
dens sorte contigisset: non minorem regū materiam in Italia africa siciliacq; q; ille in asia & in
peris habiturus. Huc accedebat ut sicut Alexandro magno delphica oracula insidias in ma-
cedonia: ita huic responsum dodonæi louis urbem pandosiam amnemq; acherusium prædi-
xerant: quæ utraq; cū in epiro essent: ignarus eadem & in italia esse ad declinanda fatorū peri-
cula peregrinam militiam cupidius elegerat. Igitur cū in italia uenisset: primū illi bellū cū apu-
lis fuit: quorū cognito urbis fato breui post tempore pacem & amicitiam cū rege eorū fecit.
Erat namq; tunc temporis urbis apulis brūdusium: quam ætoli secuti fama regū in troia gesta
rū clarissimū ac nobilissimū ducē Diomedem condiderant: sed pulsi ab apulis cōsultentes ora-
cula respōsū acceperat: locū quē repperissent ppetuo possessuros. Hac igitur ex cā p legatos sub
belli cōminatione restitui sibi ab apulis urbem postulauerant: sed ubi apulis oraculū inno-
ruit interfectos legatos in urbe sepeliunt: perpetuo ibi sedem habitos: atque ita defuncti re-

sponso diu urbem possederūt. Quod cū factū cognouisset Alexander eperi antiquitatis fata ueneratus bello apuloꝝ abstinuit. Gessit & cum brutiis lucanicq; bellum: multasq; urbes cepit. tum & cū metapontinis & rutulis & romanis foedus amicitiamq; fecit. sed brutii lucanicq; cū auxilia a finitimis contraxissent: acrius bellū repetiuerunt. Ibi rex iuxta urbem pandosiam & flumen acheronta non prius fatalis loci cognito nomine q̄ occideret: interficitur: moriensq; nō in patria fuisse sibi periculosam mortem: propter quam patriam fugerat: intellexit corpus eius tyrii publice redemptū sepulturæ tradiderūt. Dum hæc agunt in Italia Sophyrion quoq; p̄fectus ponti ab Alexandro magno relictus ociosū se ratus si nihil ipse gessisset aduato. xxx. milia militū exercitu scythis bellū intulit. Cæsus cum omnibus copiis poenas temere illati belli genti innoxia luit. Hæc cū nūciata in parthiam Alexandro essent: simulato moerore propter Alexandri cognitionem exercitui suo triduo luctum induxit. Omnibus deinde uelut Darii morte perpetrato bello reditū in patriam expectantibus coniuges & liberos suos animo iam quodammodo complectentibus ad concionem exercitū uocat. Ibi nihil actū tot egregiis præliis ait: si icolumis orientalis barbaries relinquat: nec se corpus sed regnū Darii petisse, persequendosq; esse eos: q̄ a regno defecerint. Hac oratione uelut ex integro incitatis militū animis hyrcaniam Mardosq; subegit. Ibi ei occurrit Thalestris siue Minothæa amazonū regina cum. ccc. milibus mulieribus uiginti quinque dieꝝ inter confertissimas gentes itinere confecto ex rege liberos quæsitura: cuius conspectus aduentusq; admirationi fuit: & propter insolitum foeminae habitū: & propter expetitū concubitū. Ob hoc triginta diebus ocio datis ut uisa est uterq; implese discessit. Post hæc Alexander habitū regum persarū & diadema isolitū antea in regibus macedonicis uelut in leges eorū: quos uicerat: transiret: assumit: quæ ne inuidiosius & in se uno conspicerent: amicos quoq; suos longam uestem auream purpureamq; sumere iubet: ut luxū quoq; sicuti cultū imitaret. persarū inter pellicum regiæ greges electæ pulchritudinis nobilitatis noctium uices diuidit. His rebus ingentes epularū apparatus adicit: ne ieiuna & destructa luxuria uideret. conuiuū quoq; iuxta regiam magnificentiam ludis exornat: immemor prorsus tantas opes amitti his moribus non quæri solere. Inter hæc indignatio omnium totis castris erat: illū a Philippo patre tantum degenerauisse: ut etiam patriæ nomen euitaret: moresq; persarū assumeret: quos propter tales mores uicerat. sed ne solus uitiiis eorū: quos armis subegerat: succubuisse uideret: militibus quoq; suis permisit: si quæ captiuarū consuetudine tenerent ducere uxores: existimans minorem in patriam reditus cupiditatem futuram habentibus in castris imaginem quandam lariū ac domesticæ sedis: simul & laborem militiæ molliorem fore dulcedine uxorum. In supplementa quoq; militū minus ex hauriri posse Macedoniā: si ueteranis patribus tyrones succederent militaturi in uallos: in quo nati essent: constantioresq; futuri: si non solum tyrocinia ueꝝ etiam incunabula in ipsis castris posuissent: quæ consuetudo in successores quoq; Alexandri mansit. Igit̄ & alimenta pueris statuta: & instrumenta armorū equorū quoq; iuuenibus data: & patribus pro numero filiorū præmia statuta. si quoꝝ patres occidissent: nihilominus pupilli stipendia patrū traherent: quoꝝ pueritia inter uarias expeditiones militia erat. Itaq; a paruula ætate periculis laboribus que indurati inuicti exercitus fuerunt: neq; castra aliter q̄ patriam: neq; pugnam aliud unq̄ q̄ uictoriam duxere. hæc soboles nomen habuit epigoni. Parthis deinde domitis præfectus his statuit ex nobilissimis persarū Andragoras: unde postea originem parthorū reges habuerunt. Interea non Alexander regio sed hostili odio sæuire in suos coepit: maxime indignabatur carpi sermonibus suorū patris Philippi patriæq; mores subuertisse. propter q̄ crimina Parmenion quoq; senex dignitate regi proximus cū Philota filio de utroq; prius quæstionibus habitis interficiunt. Fremere itaq; omnes uniuersis castris coepere innoxii senis filiiq; casum miserantes: interdum se quoque non debere melius sperare dicentes. Quæ cum nunciata Alexandro essent: uerens ne hæc opinio etiam in macedoniā diuulgaretur: & ne uictoriæ gloria sæuitiæ macula offuscaretur: simulat se ex amicis quosdam in patriam uictoriarum nuncios missurum. Hortatur milites suis scribere: rariorem habituros occasionem propter militiam remotiorem. datos fasces epistolarum ad se tacite deferri iubet: ex quibus cognito de se singulorum iudicio in unam cohortem eos: qui de rege durius opinati fuerant: contribuitur: aut consumpturus eos: aut in ultimis terris in colonias distributurus. Inde Dracas: Euergitas: Parimas: Parapammenos: Hydaspios: ceterosque populos: qui in radice caucasi morabantur: subegit. Interea unus ex amicis Darii Berfus uinctus perducitur: qui regem non solum prodiderat: uerum etiam interfecerat: quem in ultio-

Talestris Amazonum

nem perfidiae exercitum dū fratri Darii tradidit: reputans non tam hostem suū fuisse Dariū q̄ amicum eius: a quo esset occisus: & ut his terris nomen relinqueret: urbem Alexandriam sup̄ amnem Tanaim condidit intra diem septimū decimū muro. vi. milia passuū consumato: trā flatus eo triū ciuitatū populis: quas Cyrus condiderat. In bactrianis quoq; sogdianisq; xii. urbes condidit: distributis his quoscūq; in exercitu seditiosos habebat. His ita gestis solenni die amicos in conuiuio uocat: ubi orta inter ebrios regē a Philippo gestage mentione præferri se patri ipse rerūq; suage magnitudine extollere cælotenus cœpit: assentante maiore conuiuia parte. Itaq; cū unus ex senibus Clytus ductus fiducia amicitiae regiæ: cuius palmam tenebat: memoriamq; Philippi tueret: laudaretq; eius res gestas: adeo regem offendit: ut telo a satellite rapto eundem in conuiuio trucidauerit: qua cæde exultans mortuo patrociniū Philippi laudemq; paternæ militiæ obiectabat. Postq̄ satiatus cæde animus quieuit: & in locū iræ successit exultatio: modo personam occisi: modo causam occidendi considerans: pigere eum facti cœpit: q̄ paternas laudes tam iracūde accepisse se q̄ nec conuicia debuisset: amicūq; senem & innoxium a se occisum inter epulas & pocula dolebat. Eodem igitur furore in pœnitentiam quopridem in iram uersus mori uoluit. Primū in fletus progressus amplecti mortuū: uulnera tractare: & quasi audienti confiteri dementiam: arreptū telum in se uertit: peregissetq; facinus nī amici interuenissent. Mansit hæc uoluntas moriendi etiam sequentibus diebus. Accesserat enim ad pœnitentiam nutricis suæ & sororis Clyti recordatio: cuius absentis eū maxime p̄debat: tam foedam illi alimentorū suorū mercedem redditam: ut in cuius manibus pueritiam egerat: huic iuuenis & uictor pro beneficiis funera remitteret. Reputabat deinde quantū in exercitu suo: quantū apud gentes deuictas fabularū atq; inuidiæ: quantū apud cæteros amicos metum & odiū sui fecerit: q̄ amagē & triste reddiderit conuiuium suū: non armatus in acie q̄ in conuiuio sedens terribilior. Tūc Parmenio & Philotas: tūc Amyntas consobrinus: tūc nouerca fratresq; interfecti: tūc Attalus: Eurylotus: Pausanias: aliq; Macedoniae extincti principes occurrebant. Ob hæc illi quadriduo perseverata inedia est: donec exercitus uniuersi precibus exoratus est: precantis ne ita mortem unius doleat: ut uniuersos perdat: quos in ultimam deductos barbariam inter infestas & irritatas gentes bello destituat: multū profuere & Calisthenis philosophi preces condiscipulatu apud Aristotelem familiaris illi: & tūc ab ipso rege ad prodenda memoriæ acta eius accitus. Reuocato igitur ad bellū animo Charasinos & Dracas in deditioem accepit. deinde quod primo ex persico superbiæ regiæ more distulerat: ne omnia pariter inuidiosiora essent: non salutari sed adorari se iubet. Acerrimus inter recusantes Calisthenes fuit: quæ res & illi & multis principibus macedonū exitio fuit: siquidem sub specie insidiarū omnes interfecti: retentus tamen est a macedonibus mos salutandi regis explosa adoratione. Post hæc indiam petit: ut Oceano ultimoq; oriente finiret imperiū: cui gloriæ ut etiam exercitus ornamenta conuenirent: phaleras equorū & arma militū argento inducit: exercitūq; suū ab argenteis clypeis argyraspidas appellauit. Cū ad nysam urbem uenisset: oppidanis non repugnantibus fiducia religionis Liberi patris: a quo condita urbs erat: parci iussit: lætus non militiam tantū uerū etiam uestigia se dei secutū. Tūc ad spectaculū sacri montis duxit exercitum naturalibus bonis uite hæderaq; uestiti: non aliterq; si manu cultus colentiumq; industria exornatus esset. Sed exercitus eius ubi ad montem accessit: repentino mentis impetu in sacros dei ululatus instinctus cū stupore regis sine noxa discurrit: ut intelligeret non tam oppidanis parcendo q̄ exercitui suo se consuluisse. Inde montes dædalos regnaq; Cleophridis reginæ petit: quæ cū se dedisset eius concubitu redemptū regnum ab Alexandro recepit: illecebris consecuta: quod armis non potuerat. filiūq; ab eo genitum Alexandrū nominauit: qui postea regno Indorū potitus est. Cleophris regiā propter prostratam pudicitiam scortū regiū exinde appellata est ab indis. Peragrata india cum ad saxū miræ magnitudinis & aperitatis: i quod multi populi confugerant: peruenisset: cognoscit Herculem ab expugnatione eiusdem saxi terræ motu prohibitu. Captus itaq; cupidie Herculis acta superare cū summo labore ac periculo potitus saxo eius omnes loci gentes i deditioem accipit. Vnus ex regibus indorum fuit. Porus nomine uiribus corporis & animi magnitudie pariter insignis: qui bellum iam pridem audita Alexandri opinione i aduentum eius parabat. Commisso itaq; prælio exercitum suum iuadere macedonas iubet: sibi regem eorum priuatum hostem deposcit. Nec Alexander morā pugnæ fecit: sed prima congressione uulnerato equo cum præceps i terram cecidisset: concursu satellitum seruatus est. Porus multis uulneribus obrutus capitur: qui uictum se adeo doluit: ut eum ueniam ab hoste inuenisset: neque cibum sumere uoluerit: neque uulnera curari

Ab p̄

mu. l.
Cleophridis

Porus uictus p̄. ind.

passus sit: ægreq; sit ab eo obtentū: ut uellet uiuere: quē Alexander ob honorem uirtutis inco-
lumen in regnū remisit. Duas igit̃ urbes condidit unam nicæam alteram ex nomine equi bu-
cephalen uocauit. Inde adrestas: stathenos: passidas: gagaritas cæsis eoz; exercitibus expugnat.
Cū ad euphates uenisset: ubi cū ducentū milibus hostium equitū opperiebant: omnis exerci-
tus non minus uictoriæ numero q̃ laboribus fessus lachrymis eum deprecatur: ut finem tā-
dem belli faceret: aliquando patriæ redditusq; meminisset: respiceret militū annos: q̃bus uix
ætas ad reditū sufficeret: ostendere alius caniciem: alius uulnera: alius ætate consumpta corpo-
ra: alius cicatricibus exhausta. Solos se esse qui duoz; regū Philippi Alexandriq; continuam
militiam pertulerint. Tandem orare ut reliq; saltem suas paternis sepulchris reddat: quorū
non studiis deficiat: sed annis. Ac si non militibus uel ipse sibi parcat: ne fortunam suam nimis
onerando fatiget. Motus his tam iustis precibus uelut in finem uictoriæ castra solito magni-
ficentiora fieri iussit: quoq; molitionibus & hostis terreret: & posteris admiratio sui relinque-
ret. nullū opus milites lætius fecer. Itaq; cæsis hostibus cū gratulatione in eadem reuerteret.
Inde Alexander ad amnem agesynem pergit. Per hūc ad oceanū deuehit. Ibi gesonas asybosq;
quos Hercules condidit: in deditioem accepit. hīc ad ambros & sycambros nauigat: quæ gē-
tes cū armatis. lxxx. milibus peditum & lx. milibus eq̃tum excipiūt. Cū prælio uictor esset:
ad urbem eoz; exercitū ducit: quā desertā a defensoribus cū de muro quem primus ceperat:
animaduertisset: in urbis planiciem sine ullo satellite desiliit. Itaq; cū eum hostes solū conspe-
xissent: clamore edito undiq; concurrūt: si possint: in uno capite orbis: bella finire: & ultionē
tot gentibus dare: nec minus Alexander constanter restitit: & unus aduersus tot milia prælia-
tur. Incredibile dictū est: ut eū non multitudo hostiū: non magna teloz; uis: non tantū lacer-
fentiū clamor terruerit: solus tot milia cæderet: ac fugaret. Vbi uero se obrui multitudine ui-
dit: trūco se:q; prope mug; stabat: applicuit: cuius auxilio totus cū diu agmen sustinisset: tan-
dem cognito periculo eius amici ad eum desiliūt: ex quibus multi cæsi: præliūq; tam diu an-
ceps fuit: quoad omnis exercitus muris deiectis in auxiliū ueniret. In eo prælio sagitta sub mā-
ma rraiectus cū sanguinis fluxu deficeret: genu posito tam diu præliatus est: donec eū: a quo
uulneratus fuerat: occideret. curatio uulneris grauior ipso uulnere fuit. Itaq; ex magna despe-
ratione tandem saluti redditus. Polyperconta cū exercitu babyloniam mittit. ipse cū lectissi-
ma manu naues conscendit: & oceani littora peragrat. Cū uenisset ad urbem Ambigeri regis
oppidani inuictū ferro audientes sagittas ueneno armant: atq; ita gemino mortis uulnere ho-
stem a muris sūmouentes plurimos interficiūt. Cum inter multos letaliter uulneratus etiam
Ptolemæus: moriturusq; iam uideretur: per getem regi monstrata in remedia ueneni herba
est: qua in potu accepta statim periculo est liberatus: maiorq; pars exercitus hoc remedio ser-
uata. Expugnata deinde urbe reuersus in naues oceano libamenta dedit: prospex; in patriam
reditū præcatus: ac ueluti curru circa metam acto positus imperii terminis: qua sinus aut terra-
rū solitudines prodire passæ sunt: aut mare nauigabile fuit: secūdo æstu ostio fluminis Indi in-
uehitur. In monumenta reg; a se gestæ; urbem barcen condidit: arasq; statuit relicto ex nume-
ro amicorum littoralibus indis præfecto. Inde iter terrestre facturus cum arida loca mediū
itineris dicerentur: puteos opportunis locis fieri præcepit: quibus ingenti dulci aqua inuen-
ta Babyloniā redit. Ibi multæ deuictæ gentes præfectos suos accusauerūt: quos sine respec-
tu amicitie Alexander in conspectu legatorum necari iussit. Post hæc Darii regis filiam
staturam in matrimonium recepit: sed & optimatibus macedonum lectas ex omnibus gen-
tibus nobilissimas uirgines tradidit: ut communi facto crimen regis leuaretur. Tunc ad con-
cionem exercitum uocat: & promittit se æs alienum omnium propria impensa soluturum:
ut prædam præmiæq; integre domum ferant. Insignis hæc munificentia non summa tantū
uerum etiam titulo muneris fuit: nec a debitoribus magis q̃ a creditoribus gratius accepta:
quoniam utriusq; exactio pariter ac solutio difficilis erat tria & uiginti milia talentorū: in hos
sumptus expenla. Dimissis ueteranis exercitum ex iunioribus supplet: sed retenti ueteranoz;
discessum ægre ferentes missionem & ipsi flagitabant: nec annos sed stipendia sua numerari
iubebant: pariter in militia lectos: pariter sacramento solui æquum censentes: nec iam preci-
bus sed conuicio agebant: iubentes eū solū cū patre suo Ammone finire bella: ut milites suos
fastidiat. contra ille nunc castigare milites: nūc lenibus uerbis monere: ne gloriosam mili-
tiam seditionibus infuscarent. Ad postremum cum nihil proficeret uerbis ad corripiendos
seditionis auctores e tribunali in concionem armatam inermis ipse desiliit: & nemine prohibe-
nte. xiii. correptos manu sua. ipse ad supplicia duxit: tantam uel illis moriendi patientiam

metus regis: uel huic exigendi supplicia constantiam disciplina militaris dabat. Inde separati auxilia per se in concionem alloquitur. Laudat perpetua illoꝝ tum in se: tum in pristinos reges fidem sua in illos beneficia memorat: ut nuq̄ quasi uictos sed ueluti uictoriae socios habuerit. Deniq; se in illoꝝ non illos in gentis suae morem transisse: affinitatibus conubioꝝ uictos uictoribus commiscuisse. Nunc quoq; ait custodiam corporis sui non macedonibus tantum se uerueriam illis creditur. Atq; ita mille ex his iuuenes in numero satellitum legit: auxilioru quoq; portionem armatam in disciplinam macedonum exercitui suo miscet: quam rem aegre macedones tulerunt iactantes hostes suos in officium suu a rege subactos. Tunc uniuersi flentes regem aduertunt: orant: ut suppliciis suis potius saturet se q̄ contumeliis: qua modestia obtinuerunt: ut .xi. milia militu ueteranoꝝ exauctoraret. sed ex amicis dimissi senes Polypercom: Clytos: Gorgias: Polydamas: Antigonas. Dimissis his Crateris praepositur iussus praefese macedonibus in Antipatri locu. Antipatruq; cum supplemento tyronu in locu eius uocat stipendia reuerentibus ueluti militantibus data. Cum haec agitur: unus ex amicis eius Sestion decedit dotibus primo formae: pueritiaeq; mox obsequiis regi percarus: quem contra deus regiu Alexander diu luxit: tumultuq; ei duodecim milia talentoꝝ fecit: euq; post morte coli: ut deu iussit. Ab ultimis littoribus oceani Babyloniam reuertenti nunciantur legationes carthagenensium caeteraruq; africae ciuitatu: scilicet hispaniae siciliae galliae sardiniae: nonnullas quoq; ex italia eius aduentu babyloniae operiri: adeo uniuersum terrae orbem nominis eius terror inuaserat: ut cunctae gentes ueluti destinato ibi regi adularent. Hac igitur ex causa Babyloniam festinanti ueluti conuentu terrae orbis acturo quidam ex magis praedixit: ne urbem introiret testatus huc locum ei fatalem fore. Ob hoc omissa Babylonia in byrsiam urbem trans euphratrem desertam olim concessit. Ibi ab Anaxarco philosopho compulsus est rursum magoꝝ praedicta contemneret: ut falsa ut incerta: & si fatis consentit: ignota mortalibus: ac si naturae debeantur: immutabilia. Reuersus igitur Babyloniam multis diebus ocio deditis intermissum olim conuiuio solenniter instituit: totuq; in laetitia fusus cum die noctem conuixisset peruigilem: iam e conuiuio medicus Thessalus instaurata commessatione & ipm & sodales eius inuitat. Accepto poculo media portione repente ueluti telo Alexander confixus ingemuit. Elatusq; e conuiuio semianimis tanto dolore cruciatus est: ut ferrum in remedia posceret: tactuq; hominum uelut uulnera indolesceret. Amici causam morbi intemperiem ebrietatis disseminauerunt. Re autem uera insidiae fuerunt: quae infamiam successoꝝ potentia oppressit. Auctor insidiae Antipater fuit: qui cum carissimos amicos eius interfectos uideret. Alexandrum generu suu lycistae occisum se magnis rebus in gratia gestis: non tam gratu apud regem q̄ inuidiosum esse: a matre quoq; eius Olympiade uariis se criminacionibus uexatum. Huc accedebant ante paucos dies supplicia in praefectos deuictae nationu crudeliter habitae: ex quibus rebus se quoq; a macedonia non ad societatem militiae: sed ad poenam euocatu arbitrabatur. Igitur ad occupandum regem Cassandru filiu dato ueneno subornat: q̄ cu fratribus Philippo & Iolla ministrare regi solebat: cuius ueneni tanta uis fuit: ut non aere: non ferro: non testa contineret: nec aliter ferri nisi in ungula equi potuerit: praemonito filio ne aliis qui Thessalo & fratribus crederet. Hac igitur ex ca apud Thessalu paratu repetituq; conuiuio est. Philippus & Iollas p̄gustare potu regis soliti in aqua frigida uenenu habuerunt: qua p̄gustatam iam potioni supmiserunt. Quarto die Alexander indubitata morte sentiens agnoscere se fatu domus maioꝝ suoz ait. Nam pluresq; aetate inter trigessimu annu defunctos: tumultuantes deinde milites insidiis perire regem suspicantes ipse sedauit: eosq; omnes cu platus in aeditissimu urbis locu esset: ad conspectu suu admisit: osculandamq; dexteram sua flentibus porrexit. Cu lachrymarent omnes: ipse non sine lachrymis tantu ueruetiam sine ullo tristioris mentis argumento fuit: ut quosdam impatiētius dolētes consolatus sit. Quibusda madata ad parentes eoz dedit: adeo sicut in hostem ita & in morte inuictus animus fuit. Dimissis militibus amicos circumstantes percōtat: uideant ne similem sibi reperturi regem: tacentibus cunctis tunc ipse ut hoc nesciat: ita illud scire uaticinariq; se ac pene oculis uidere dixit: quantum sit in hoc certamine sanguinis futura macedonia: quantuq; caedibus quo cruore mortuo sibi parentatura. Ad postremu corpus suu Ammonis templo condi iubet. Cum deficere eum amici uiderent: quaerunt quem imperii faciat haeredem: respondit dignissimu. Tanta illi magnitudo animi fuit: ut cu Herculem filiu: cu fratre Arideu: & cu Roxanem uxorem praegnantem relinqueret: oblitus necessitudinum dignissimum nuncuparet haeredem. Proxus quasi nefas esset uiro forti alium quam uirum fortem succedere: aut tanti regni

opes aliis q̄ probatis relinqui. Hac uoce ueluti bellicū inter amicos cecinisset: aut malum discordiæ misisset. ita omnes in æmulationem confurgūt: & ambitione uulgi tacitum fauorem militum quærūt. Sexto die præclusa uoce exemplum digyto annulū perdicæ tradidit: quæ res gliscentem amicoꝝ dissensionem sedauit. Nam & si non uoce nūcupatus hæres: iudicio tamen electos esse uidebat. Decessit Alexander mense uno: annos tres & .xxx. natus: uir supra humanam potentiam magnitudine animi præditus: qua nocte eum mater Olympias concepit: uisa per getem est cum ingenti serpente uolitari: nec dei deceptam somnio est. Nam profecto maius humana mortalitate opus utero tulit: quam cum æacidæ gens ab ultima seculorū memoria: & regnum patris fratris mariti ac deinceps maiorum oīum illustrauerit: nullius tamen nomine q̄ filii clarior fuit. Prodigia magnitudinis eius. in ipso ortu nonnulla apparuerunt. Nam ea die qua natus est: duæ aquilæ tota die præpetes supra culmen domus patris eius sederunt: omen duplicis imperii europæ asiæque p̄ferentes: eademq; die nuncius pater eius duarū uictoriarū accepit: alterius belli illyrici: alterius certaminis Olympiaci: in quod q̄drigæ currus miserat: quod omen uniuersarū terrarū uictorias infanti portendebar. Puer acerrimus litterarū studiis eruditus fuit. Exacta pueritia per quinquēniū sub Aristotele doctore inclyto omnium philosophorū creuit. Accepto deīde imperio regem se terrarū omniū ac mundi appellari iussit: tantaq; fiduciam suis militibus fecit: ut illo præsentē nullius hostis arma nec inermes timuerint. Itaq; cum nullo hostium unq; congressus est: quem non uicerit. Nullam urbem obsedit: quam non expugnauerit. Nullam gentem adiit: quam nō calcauerit. Victus deniq; est ad postremum non uirtute hostili: sed insidiis suorū & fraude ciuili.

IVSTINI HISTORICI LIBR. XIII.

EXtingto in ipso ætatis ac uictoriarū flore Alexandro magno triste apud oēs totaq; babyloniam silentium fuit. Sed nec deuictæ gentes fidem nuncio habuere: q; ut inuictum regem sic immortalem eum crediderant. Recordantes quotiens præsentī mortī ereptus esset: quam sæpe ferro amisso repente se non sospitem tantum suis uerū etiam uictorem obtulisset: ut uero mortis eius fides affuit: omnes barbaræ gentes paulo ante ab eo deuictæ nō ut hostem eum: sed ut parentem luxerunt. Mater quoq; Darii regis: qua amisso filio a fastigio tantæ maiestatis in captiuitatem redactam indulgentia uictoris in eam diem uitæ nō poenituerat: audita morte Alexandri mortem sibi ipsa consciiuit: non q; hostem filio præferret: sed q; pietatem filii in eo: quem hostem timuerat: experta esset. Cōtra Macedones uersa uice non ut ciuem ac tantæ maiestatis regem uerū: ut hostem amisissent: gaudebant: seueritatem nimiam & assidua belli pericula execrantes. Huc accedebat q; principes regnū & imperia uulgi militum thesauros & grande pondus auri uelut inopinatam prædam spectabāt illi successionem regni: hi opum ac diuitiarum hæreditatem cogitantes. Erant enim in thesauro. c. milia talentorum: & in āno uestigali tributo. ccc. milia. Sed nec amici Alexandri frustra regnū expectabāt. Nam eius uirtutis erant ac uenerationis: ut singulos reges putares. Quippe ea formæ pulchritudo & p̄ceritas corporis & uirium ac sapientiæ magnitudo ī omnibus fuit: ut qui eos ignoraret: non ex una gente sed ex toto terrarū orbe electos iudicaret. neque enim unq; antea macedonia uel ulla gens alia tam clarorum uirotum p̄uentu floruit: quos primum Philippus mox Alexander tāta cura legerāt: ut nō tam ad societatem belli quā in successionem regni electi uiderentur. Quis igitur miretur talibus ministris orbem terrarum uictū cum exercitus macedonum a tot nō ducibus sed regibus regeretur: qui nunq; sibi reperiri potes: si nō inter se concurrissent. Multosq; macedonia pro uno Alexandro habuisset: nisi fortuna eos ex æmulatione uirtutis in perniciem mutuam armasset. Cæteræ occiso Alexandro non ut læti ita & securi fuere omnibus in unū locū competentibus: nec minus milites inter se timebant: quoꝝ & libertas solutior & fauor incertus erat. Inter ipsos uero æqualitas discordiam augebat: nemine tantum cæteros excedente: ut ei aliquis summitteret. Armati itaq; in regia coeunt ad formandum regis præsentium statū. Perdicas censet Roxanis expectari partum: quæ exacto mense octauo matura iam ex Alexandro erat: & si puerum peperisset: hunc dari successorem patri. Meleager negat differenda in partus dubios consilia: nec esse expectandum dū reges sibi nascerentur: cū iam genitis uti liceret: seu si puer illis placeat esse pergami filium Alexandri natum ex Garbine nomine Herculem: seu mallēt iuuenem esse in castris fra-

trem Alexandri Arideum comitem: & cunctis non suo tantū ueꝛꝫ patris Philippi nomine acceptissimū. Cæteꝛꝫ Roxanem esse originis persicæ: nec esse fas: ut macedonibus ex sanguine eorꝫ: quoꝫ regna deleuerint: reges constituent: quod nec ipsum Alexandrum uoluissē dicit. Deniqꝫ morientem nullam de eo mentionem fecisse. Ptolemæus recusat regem Arideum non propter maternas modo fordes: qꝫ ex larissæo scorto nascere: sed etiam propter inualitudinē maiorem quam patiebatur: ne ille nomen regis alius imperiū teneret: & melius esse ex his legi: qui pro uirtute regi suo proximi fuerint: qui prouincias regnant: quibus bella mandentur: qꝫ sub persona regis indignoꝫ subiiciantur imperio. Vicit Perdicæ sententia ex consensu uniuersorꝫ. Placuit itaqꝫ Roxanis expectari partum: & si puer natus fuisset tutores Leonatum & Perdicam Crateron & Antipatrum constituunt: confestimqꝫ in tutorꝫ obsequia iurant. Cum equites quoqꝫ idem fecissent: pedites indignati nullas sibi consiliorum partes relictas: Arideū Alexandri fratrem regem appellant: satellitesqꝫ illi ex tribu sua legunt: & nomine Philippi patris uocari iubent: quæ cum nunciata equitibus essent: legatos ad mitigādum eorum animos duos ex proceribus Attallum & Meleagrum mittunt: qui potentiam ex uulgi adulatione querentes omiſsa legatione militibus consentiunt. statim & seditio creuit: ubi caput & consilium habere cœpit. Tunc ad delendum equitatum cuncti armati in regiam irrumpunt: quo cognito: equites trepidi ab urbe discedūt: castrisqꝫ positis & ipsi pedites terreri cœperunt. Sed nec p̄ceꝛꝫ inter se odia cessabant. Attalus ad interficiendum perdicam ducem alterius partis mittit: ad quem armatū & ultro prouocantem cū accedere percussores ausi non fuissent: tanta constantia perdicæ fuit: ut ultro ad pedites ueniret: & in concionem euocatos edoceret. Quod facinus molirentur: respicerent contra quos arma sumpsissent: non illos perſas: sed macedones: non hostes sed ciues esse. Pluresqꝫ etiam cognatos eorꝫ certe & commilitones eorundem castrorꝫ & periculorꝫ socios: edituros: deinde egregiū hostibus suis spectaculum: ut quoꝫ armis uictos se doleant: eorꝫ mutuis cædibus gaudeant: parentaturosqꝫ sanguine suo manibus hostium a se interfectorꝫ. Hæc cū pro singulari facundia sua Perdicæ perorasset: adeo mouit pedites: ut probato cōsilio eius dux ab omnibus legere. Tum etiam equites in concordiam reuocati in Arideum regem consentiunt. Seruata est portio regis Alexandri filio si natus esset. Hoc agebant posito in medio corpore Alexandri: ut maiestas eius testis decretorum esset. His itaqꝫ cōpositis macedoniæ & græciæ Antipater præponitur. Regiæ pecuniæ custodia Cratero traditur. Castrorum exercitus & rerum cura Meleagro & Perdicæ assignatur: iubeturqꝫ Arideus corpus Alexandri in ammonis templum deducere. Tunc Perdicæ infensus seditionis auctoribus repente ignaro collega lustrationem castrorum propter mortem regis in posterum edicit. Posteaqꝫ armatum exercitum in campo constituit cōsentientibus uniuersis euocatos dumtaxat de singulis manipulis seditiosos supplicio tradi occulte iubet. Reuersus deinde inter principes prouincias diuisit: simul ut remoueret æmulos: & munus imperii beneficii sui faceret. Primo Ptolemæo ægyptus & africa arabicæqꝫ pars sorte uenit: quem ex gregario milite Alexāder uirtutis causa prouexerat: cui ad tradendam prouinciam Deomenes: qui Alexandriam edificauerat: datur. Confinem huic prouinciæ syriam Laomedon mitylenæus: ciliciam Philotas cū filio & illyrios accipiunt. Mediæ maiori Acropatos: minori Alceta Perdicæ preponitur. Susania gens Syno: Phrygia maior Antigono philippi filio assignatur. Lyciam & pamphyliam Læarcus. cariam Cassander: Lydiam menander fortiuntur. Leonato minor phrygia euenit. Thracia & regiones pontici maris Lysimacho: Cappadocia cū paphlagonia Eumeni datur: summus castrorum tribunatus Seleuco Antiochi filio cessit. Stipatoribus regis satellitibusqꝫ Cassander filius Antipatri præficitur. In bactriana ulteriore & india regionibus priores præfecti detenti. Seres inter amnes duos hydaspem & indum Taxiles habebat. In colonias in indis conditas Phytion Agenoris filius mittitur. Parapomenos fines caucasi montis Axiarches accepit. Draicæ & Argæos Statanor: bactrianos Amyntas fortitur. Sagilianos Scythæus: Nicæor parthos: Philippus hyrcanos: Fratrafrarnes armenios: Neoptolemus perſas: Peustestes babylonios: Arthous pelasgos: Archeſilaus mesopotamiam adepti sunt. Hæc diuisio cū ueluti fatale munus singulis contigisset: ita magna incrementorꝫ materia plurimis fuit. Sigdem non magno post tempore quasi regna non præfecturas diuisissent: sic reges ex præfectis facti magnas opes non sibi tantū parauerūt: ueꝛꝫ & posteris reliquerunt. Cū hæc in oriente agunt: in græcia athenienses & ætoli bellū: quod iam uiuo Alexandro mouerant: summis uiribus instruebant. Causæ belli erant: quod reuersus ab india Alexander epistolas in græciam scripserat: quibus omnium ciuitatum exules præter cædis damnatos restituebant: quæ recitatæ præſente uniuersa græ-

cia in mercato olympiaco magnos motus fecerant:q; plurimi non legibus pulsi patria sed per factionem principum fuerant:uerentibus iisdem principibus ne reuocati potentiores in republica firent. Palam igitur iam tunc multæ ciuitates libertatem bello uendicandam fremebāt. Principes tamen omnium athenienses & ætoli fuere:quod cum nūciatum esset Alexandro:mille naues longas sociis imperari præceperat:quibus in occidente bellum gereret:ex cursurufq; cum ualida manu fuerat ad athenas delendas. Igitur Athenienses contracto triginta milium militum exercitu:&.cc.nauibus bellum cum Antipatro:cui græcia sorte euenerat:gerūt eumq; detractantem prælium & heraclæ urbis mœnibus tuentem se obsidione cinxerūt. Eodem tempore Demosthenes atheniensis orator pulsus patria ob crimen accepti ab Harpago auri:qui crudelitatem Alexandri fugerat:quod ciuitatem in eiusdem Alexandri bellum impelleret. Forte megaris exulabat:q; cū missum ab Atheniensibus hyperidem legatum cognouit: qui pelopōneses in societatem armoz; sollicitarent:secutus eū Sicyōa:argos:& Corynthus cæteraq; ciuitates eloquentia sua atheniensibus iunxit. Ob quod factū missa ab atheniensibus obuiam nauis ab exilio reuocat. Interim i obsidiōe Antipatri Leosthenes dux Atheniensium telo e muris in transeuntem iacto occidit:quæ res tantū animoz; Antipatro dedit:ut etiam uallū rescindere auderet. Auxilium deinde a Leonato petit per legatos:qui cū uenire nunciaret cum exercitu:obuii ei athenienses cum instructis copiis fuere:ibiq; equestri prælio graui uulnere ictus extinguit. Antipater & si auxilia sua uideret deuicta:morte tamen Leonati letatus est. Quippe & æmulum sublatū:& uires eius accessisse sibi gratulabat. Statim igitur exercitu eius recepto cū par hostibus etiam prælio uideret:solutus obsidione in Macedoniam cōcessit.græcoz; quoq; copiaz; a finibus græciæ hoste pulso in urbes dilapsæ sunt. Interea Perdicca bello innoxio Ariarathi regi cappadocū illato prælioq; uictor nihil præter præter uulnera & pericula rettulit. Quippe hostes ab acie i urbem recepti occisis coniugibus:& liberis domos quisq; suas cum omnibus copiis incenderūt. Eodem cōgestis etiam opibus semetipsi præcipitant:ut nihil hostis uictor suaz; regz; præter incendii spectaculo frueret. Inde ut uiribus aucto ritatem regiam acquireret:ad nuprias Cleopatraz; sororis Alexandri magni & alterius Alexandri quondam uxoris non aspernante Olympiade matre eius intendit:sed prius Antipatraz; sub affinitatis obtentu capere cupiebat. Itaq; fingit se in matrimonium filiam eius petere:quo facilius ab eo supplementū tyronū ex macedonia obtineret:quem dolū præsentiente antipatro cū duas eodem tempore uxores quærir:neutram obtinuit. Post hæc bellū inter Antigonū & Perdicam orit. Antigono Crateros & Antipater auxiliū ferebat:q; facta cū Atheniensibus pace Polyperconta græciæ & macedoniæ pponūt. Perdicca alienatis rebus Arideū & Alexandri magni filiū in capadociam:quoq; cura illi mandata fuerat:de summa belli in consiliū adhibet:q;busdam placebat bellū in macedoniam transferri ad ipsum fontem & caput regni:ubi & Olympias esset mater Alexandri:non mediocre momentū partium & ciuiū fauor propter Alexandri Philippiq; nomina:sed in rem uisum est ab ægypto incipere:ne in macedoniam profectis asia a Ptolæmeo occuparet. Eumēi præter prouincias quas acceperat:Paphlagōia & Caria & Lycia & Phrygia adiiciunt. Ibi Cratez; & Antipatrū operiri iubent. adiutores ei dantur cū exercitibus suis frater Perdicæ Alcetas & Neoptolæmeus:Clyto cura classis tradit. Cilicia Philotæ adempta Filoxeno dat. ipse Perdicca ægyptū cū ingenti exercitu petit:sic macedonia in duas partes discurrentibus ducibus in sua uiscera armatur:ferrūq; ab hostili bello in ciuile sanguinem uertit:exemplo furentiū manus ac membra sua ipsa cæsura. Sed Ptolæmeus i ægypto solerti industria magnas opes parabat. Quippe & ægyptios insigni moderatione in fauore sui sollicitauerat:& reges finitimos beneficiis obsequiisq; deuixerat:termios quoq; iperij acquisita cyrene urbe ampliauera:factusq; iam tantus erat:ut non tam timeret hostes:q; timendus ipse hostibus esset. Cyrene aut condita fuit ab Aristæo:cui nomen Bactos propter linguæ obligationem fuit. Huius pater Cymus rex theramenis insulæ:cū ad oraculū delphos propter decus adolescentis filii nondum loquentis deū deprecaturus uenisset:responsum accepit:quod iubebatur filius eius Bactus africanam petere:& urbem Cyrenem condere:usum linguæ ibi accepturus. Cū responsum ludibrio simile uideretur propter similitudinem theramenis insulæ:qua coloni ad urbem condendam in africanam tam longiquæ regionis proficisci iuebantur:res omissa est. Interiecto deinde tempore uelut contumaces ex pestilentia deo parere compellunt quorum tam insignis paucitas fuit:ut uix unam nauem complerent. Cum uenissent in Africanam pulsis accolis montem cyram & propter amoenitatem loci & propter fontis ubertatē occupauere. Ibi Bactus dux eorum linguæ nodis solutis loqui primū coepit:quæ res animos

Xviii

eorū ex promissis dei iam parte percepta in reliquam spem condendæ urbis accendit. Positis igitur castris opinionem ueteris fabulæ accipiunt Cyrenem eximie pulchritudinis uirginē: a Thessaliæ mōte pelio ab Apolline raptam: perlatamq; in eiusdem montis iuga: cuius collē occupauerant: a deo repletam .iiii. pueros peperisse Nomium Aristeum Eutocum Agæum: missos a p̄fe Hispero rege Thessaliæ: q; pergrerēt uirginē: loci amœnitate captos ī iisdē terris cū uirgīe refedisse: ex his pueris tres adultos ī Thessalia reuersos auita regna cepisse: Aristeū ī Arcadia late regnasse: eūq; primū & aplū & mellis usū & lactis & coaguli homibus tradidisse solstitialiq; ortus & sydeꝝ primū iuēisse qbus auditis Bactus uirgīs nomie ex respōsis agnito urbē Cyrenen condidit. Igit̄ Ptolemæus huius urbis auctus uiribus bellū ī aduentu Perdicæ parabat: sed perdicæ plus odiū arrogantiaē q̄ uires hostiū nocebant: quā exosi etiam focii ad Antipatrum gregatim confugiebant. Neoptolemæus in auxilium Eumeni relictus: non solū transfugere: uerū etiam prodere parthium exercitum uoluit: quam rem cum præsensisset Eumenes cū proditore decernere prælio necesse habuit. Victusq; Neoptolemæus ad Antipatrū & Polyperconta profugit: hisq; persuadet: ut continuatis mansionibus læto ex uictoria & se- curo fuga sua Eumenii superueniat: sed res Eumenem non latuit. Itaq; insidiæ in insidiatores uersæ: & qui secuz aggressuros se putabant: securis itinere & peruigilia noctis fatigatis occursum est. In eo prælio Polypercon occiditur. Neoptolemæus quoq; cū Eumene cōgressus diu mutuis uulneribus acceptis colluctatus est: & in summa uictus occūbit. Victor igit̄ duobus p̄ liis continuis Eumenes afflicta partes transactione sociorū paululum sustentauit. Ad postre- mū tamen Perdica occiso ab exercitu hostis cum Phytone & Illyrio & Alcera fratre Perdicæ rex appellatur: bellumq; aduersus eos Antigono decernitur.

IVSTINI HISTORICI LIBER XIII

Eumenes ut Perdicam occisum: se ut hostem a macedonibus iudicatū: bel- lumq; Antigono decretum cognouit: ultro ea militibus suis iudicauit: ne fama aut rem in maius extolleret: ut militum animos rege nouitate terre- ret: simul ut an contra se animati essent: cognosceret: sumpturus consilium ex motu uniuersorū: constanter tamen præfectus est: si cui hæc terrori es- sent: habere eum dicendi potestatem: qua uoce adeo cunctos in studium p- tium suaz induxit: ut ultro illum omnes hortarentur: rescissurosq; se ferro decreta macedo- num affirmarent. tunc exercitu in ætoliam promotō: pecunias ciuitatibus imperat: recusan- tes dare hostiliter diripit. Inde sardas profectus est ad Cleopatrá sororē Alexandri magni: ut eius uoce cēturiōes principalesq; confirmarent existituros: ibi maiestatem regiam uerti: unde soror Alexandri staret. tanta ueneratio magnitudinis Alexandri erat: ut etiā per uestigia mulierū fauor sacrati eius nominis quæreretur. Cū reuersus in castra esset: epistolæ totis ca- stris abiectæ inueniuntur: quibus iis qui Eumenis caput ad Antigonom derulissent: magna præmia diffiniebantur. Is cognitis Eumenes uocatis ad concionem militibus primo gratias agit: q; nemo inuentus sit: qui spem cruenti premii fidei sacramento anteponeret: tamen dei- de callide subnectit confictas a se has epistolas ad experiendos suorū animos esse: exteꝝ salu- tem suam in omnium potestate esse. nec Antigonom nec quenq; ducum sic uelle uincere: ut ille in se exemplum pessimum statuatur. Hoc factō & in præsentī labantium animos deterruit: & in futurum prouidet: ut siquid simile accedisset: non se ab hoste corrumpi: sed a duce tenta- ri milites arbitrentur. Omnes igitur operam suam certatim ad custodiam salutis eius offe- runt. Interim Antigonus cum exercitu superuenit: castrisq; positis postera die in aciem proce- dit. Nec Eumenes moram prælio fecit. qui uictus in munitum quoddam castellum confu- git: ubi cum uideret se fortunam obsidionis subiturū: maiorem exercitus partem dimisit: ne aut consensu multitudinis hosti traderetur: aut obsidio ipsa multitudine grauaretur: legatos deinde ad Antipatrum qui solus par Antigoni uiribus uidebatur: supplices mittit: a quo cum auxilia Eumeni missa Antigonus didicisset: ab obsidione recessit. Erat quidem solutus ad tē- pus metu mortis Eumenes. Sed nec salutis dimisso exercitu magna spes erat. omnia igit̄ circū- spicienti optimū uisum est: ad Alexandri magni argyraspidas inuictū exercitum & tot uicto- riæ præfulgentem gloria decurrere sed argyraspides post Alexandrū omnes duces fastidie-

bant: sordidam militiam sub aliis post tati regis memoriam existimantes. Itaq; Eumenes blā-
dimentis agere: singulos suppliciter alloqui: nunc commilitones suos: nunc patronos: appel-
lans pericula & operum orientalium socios: nunc refugia salutis suae & unica praesidia com-
memorans: solos esse quoque uirtute oriens sit domitus: solos qui militiam Liberi patris q; Her-
culis monumenta superauerint: per hos Alexandrum magnū factum: per hos diuinos honores
& immortalem gloriam consecutum: orat ut non tam ducem se q̄ commilitonem recipiant:
unūq; ex corpore suo esse uelint. Receptus hac lege paulatim imperium primū monēdo sin-
gulos: mox quae perperam facta erant: blande corrigendo usurpat. nihil in castris sine illo agi:
nihil administrari sine solertia eius poterat. Ad postremū cum Antigonum uenire cum exer-
citu esset nunciatum: compellit eos in aciem descendere. Ibi dum ducis imperia contemnūt:
hostium uirtute superantur. in eo praelio non gloriam tantum tot belloque: ueq; etiam cū con-
fugibus & liberis praemia longae militiae parta perdidērūt. Sed & Eumenes q; auctor cladis erat:
nec aliam spem salutis reliquam habebat: uictos hortabatur. nam & uirtute eos superiores fuisse
se affirmabat: quippe ab his quinque milia hostium caesa & si in bello perstent: ultro hostes pa-
cem petituros: damna quibus se putent uictos: duo milia mulierum & paucos infantes & serui-
tia esse: quae melius uincendo possint reparare q̄ deserendo uictoriam porro argyraspides ne-
que fugam se tentaturos dicunt post damna matrimoniorum & post coniuges amissas: neque bel-
lum gesturos contra liberos suos. Vltroque eum conuiciis agitant: q; se post tot annos emerito-
rum stipendiorum redeuntes domū cum praemiis tot belloque ab ipsa amissione rursus in no-
uam militiam immensaque bella reuocauerit: & a laribus quodammodo suis: & ab ipso limite pa-
triae abductos inanibus promissis deceperit: nunc quoque amissis omnibus felicis militiae quae-
stionibus: ne uictos quidem in misera & inopi senecta quiescere sinat. Ignaris deinde ducibus
confestim ad Antigonum legatos mittunt: petentes ut sua reddi iubeat. his redditurae se polli-
cetur: si Eumenem sibi tradant: quibus cognitio Eumenes cum paucis fugere tentauit: sed re-
tractus desperatis rebus cum concursus multitudinis factus esset: petit ut postremū sibi allo-
qui exercitum liceret. Iussus ab uniuersis dicere facto silentio laxatisq; uinculis prolatam sicut
erat cathēatus: manum ostendit: cernite milites inquit habitum atq; ornamenta ducis uestri:
quae non hostium quisq; imposuit: nam hoc etiam solatio foret: uos me ex uictore uictū: uos
me ex imperatore captiuū fecistis: quater intra hunc annum in mea uerba iureiurando obstric-
ti estis: & ista mitto (neque enim miseros conuicia decent) unū oro si propositorum Antigoni in
meo capite summa consistit: inter uos me uelitis mori: nam neque illius interest: quemadmodū
aut ubi cadam: & ego fuero ignominia mortis liberatus hoc si impetro: soluo uos iureiurando:
quotiens uos sacramento mihi deuouistis: aut si ipsos pudet roganti uim adhibere: ferre huic
date: & permittite: quod uos facturos pro imperatore iurastis. Imperatorem pro uobis sine re-
ligione iurisiurandi facere. cū non obtineret praesces in iram uertit: ad uos ait deuota capita respi-
ciant dii periuriorum uindices: talesque uobis exitus dent: quales uos ducibus uestris dedistis. nem-
pe uos idem pauloante & Perdicae sanguine estis asperiti: & in Antipatrum eadem moliti. Ipsum
denique Alexandrum si fas fuisset: eū mortali manu cadere interempturi: quod maximū erat sedi-
tionibus agitastis. ultima nūc ego perfidiae uictima: has uobis diras atq; inferias dico: ut ino-
pes extorresque omne aeuū in hoc castrensi exilio agatis: deuorentque uos arma uestra: quibus plu-
res uestros q̄ hostium duces absumpistis. Plenus deinde irae custodes suos praecedere ad Antigo-
ni castra coepit. sequitur exercitus prodito imperatore suo: & ipse captiuus: triumphusque de se ipso
ad uictoris sui castra ducit. omnia auspicia regis Alexandri & tot belloque palmas laureaſque una
secū uictori tradentes: & ne quid deesset popae: elephantum quoque & auxilia orientalia subsequuntur
tanto pulchriora haec Antigono q̄ Alexandro tot uictoriae fuerunt: ut cum ille orientem uice-
rit: hic eos a quibus oriens uictus fuerit: superauerit. Igitur Antigonus domitores illos orbis ex-
ercitui suo diuidit: redditis quae in uictoria ceperat. Eumenem uero uerecūdia prioris amici-
ciae in conspectum suū uenire prohibitū assignari custodibus praecipit. Interea Euridice uxor
Aridei regis: ut Polypercontae a graecia redire in Macedonia cognouit: & ab eo accersitā Olym-
piadae muliebri aemulatione percussa abutens ualitudine uiri: cuius officia sibi uendicabat: scri-
bit regis nomine Polyperconti: Cassandro exercitū tradat: in quem regni administrationem rex
transulerit: eadem & in Asiam Antigono per epistolas nūciat: quo beneficio deuinctus Cassa-
nder: nihil non ex arbitrio muliebris audaciae gessit. Deinde profectus in Graeciam multis ciuita-
tibus bellū inferit: quae excidio ueluti uicino incendio territi spartani urbem: quam semper ar-
mis non muris defenderant: tum contra responsa fatore: & uetere maiore gloria armis diffusi:

muroꝝ præsidio includūt tantum eos degenerauisse a maioribus: ut cū multis sæculis murus urbis ciuium uirtus fuerit: tūc ciues saluos se fore non existimauerint: nisi intra muros latent. Dum hæc agunt. Cassandrū a Græcia turbatus Macedoniae status domū reuocauit. Nā que Olympias mater Alexandri magni regis cū Epiro in Macedoniam psequente æacida rege molossoꝝ ueniret: prohiberiꝝ finibus ab Eurydice & Arideo rege coepisset: seu memoriā mariti seu magnitudine filii: & indignitate rei moti macedones ad Olympiada transiere: cuius iussu & Eurydice & rex occidit: sex annis post Alexandrū potitus regno. Sed nec Olympias diu regnauit. Nam cū principum passim cædes muliebri magis quā regio more fecisset: fauorem suū in odiū uertit. Itaq; audito Cassandri aduentu diffusa Macedonibus cū nuru Roxane & nepote Hercule Pictuam urbem concessit. Proficiscenti Deidamia æacidæ regis filia & Thessalonicae priuigna & ipsa clara Philippi patris nomine: multaq; alia principū matronæ speciosus magis q̄ utilis grex fuere comites. Hæc cum nūciata Cassandro essent: statim citato cursu Pictuam uenit: & urbem obsidione cinxit. cum fame ferroꝝ urgere Olympias longæ obsidionis tædio pacta salute uictori se tradit. Sed cū Cassander ad concionem uocato populo suscitaturus quid de Olympiade fieri uellent: subornat parentes interfectoꝝ: q̄ sumpta lugubri ueste crudelitatem mulieris accusaret: a quibus accensi Macedones sine respectu pristinae maiestatis occidendam decernūt: immemores prorsus: quod per filiū eius uirūꝝ non solū uitam ipsi inter finitimos tutam habuisse: uerū etiam tantas opes imperiūꝝ orbis quæssissent. Sed Olympias ubi obstinatos uenire ad se armatos uidit: ueste regali duabus ancillis innixa ultero obuiam procedit: qua uisa percussores attoniti fortuna maiestatis prioris & totā eam memoriæ occurrentibus regum suoz nominibus substerūt: donec a Cassandro missi sunt: qui eam confoderunt non refugentem gladiū: nec uulnera aut muliebriter uociferantem: sed uiroz more fortiū pro gloria ueteris p̄sapiaē morti succumbentem: ut Alexandrū posses etiam moriente matre conspiciere. Insuper expirans capillis & ueste crura contexisse fertur: ne quid posset in corpore eius indecoꝝ uideri. Post hæc Cassander Thessalonice regis Aridei filiam uxorem ducit. Filiū Alexandri cū matre in arcem amphipolitanam custodiendos mittit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XV.

Erdica & fratre eius Alceta Eumene ac Polyperconte cæterisꝝ ducibus diuersæ partis occisis finitū certamen inter successores Alexandri magni uidebat: cū repente inter ipsos uictores nata discordia: quippe postulantibus Ptolemæo & Cassandro & Lysimacho ut pecunia in præda capta prouinciazꝝ diuiderent: Antigonus negauit se in eius belli socios admissūꝝ in cuius periculū solus descenderat: & ut honestū aduersus socios bellum suscipere uideret: diuulgat se Olympiadis mortem a Cassandro interfectæ uictori uelle: & Alexandri regis sui filiū cū matre obsidione amphipolitana liberare. His cognitis Ptolemæus & Cassander inita cum Lysimacho & Seleuco societate bellū terra marisꝝ enixe iustuebant. Tenebat Ptolemæus ægyptū cū africæ parte maiore & Cypro & Phœnice Cassandro parebat macedonia cū Græcia, Asiam & partem orientis occupauerat Antigonus: cuius filius Demetrius prima belli congressione a Ptolemæo apud calamam uincit. In quo prælio maior Ptolemæi moderationis gloria: quā ipsius uictoria fuit. Siquidem & amicos Demetrii non solum cum suis rebus dimisit: uerū etiam additis insuper muneribus honorauit: & ipsius Demetrii priuatū omne instrumentum ac familiam reddidit: adiecto honore uerborū non se propter prædam: sed propter dignitatem inisse bellum indignatū q̄ Antigonus diuersis diuersæ factionis ducibus solus uictoriæ communis premia corripuisset. Dū hæc agunt Cassander ab Apollonia rediens incidit in abderitas: qui propter ranaz murūꝝ multitudinē relicto patriæ solo sedes quærebant: ueritus ne macedoniam occuparent facta pactione in societatem eos recepit: agrosꝝq; iis ultimis Macedoniae finibus assignat. Deinde ne Hercules Alexandri filius: q̄ per annos. xiiii. excessat fauore paterni nominis in regnū macedoniae uocaret: occidi eū tacite cū matre Barsene iubet: corporaq; eoz terra obruit: ne cædes sepultura proderet: & quasi paz facinoris in ipso primū rege: mox in matre eius Olympiade ac filio admisset: alterz quoꝝq; filiū cū matre Roxane pari fraude interficit: sed quasi regnū Macedoniae: quod affectabat aliter conseq̄ scelere non possit. Interea Ptolemæus cum Demetrio nauali prælio iterato congredit: & amissa classe hostiq; concessa uictoria in ægyptū refugit. Demetrius filiū

Prolemæi Leuiticū & fratrem Menelaū amicosq; eius cū priuati instrumenti ministerio pro-
uocatus pari antea munere ægyptū remittit & ut appareret eos non odii sed dignitatis gloria
accensos donis muneribusq; inter ipsa bella contendebant. Tanto honestius tunc bella gere-
bant: quanto nunc amicitia colunt. Hac uictoria elatus Antigonus regem secū Demetrio fi-
lio appellari a populo iubet. Ptolemæus quoq; ne minoris apud suos auctoritatis haberet: rex
ab exercitu cognominat: quibus auditis Cassander & Lyfimachus & ipsi regiam sibi maiesta-
tem uendicauerunt. Huius honoris ornamentis tam diu omnes abstinerunt: q̄ diu filii regis
sui superesse potuerunt. Tanta in illis uerecūdia fuit: ut cū opes regias haberent: regū tamen
nominibus æquo animo caruerint: quoad Alexandro iustus hæres fuit. Sed Ptolemæus & Cas-
sander cæteri q; factionis alterius duces cū carpi se singulos ab Antigono uiderent: dū priua-
tum singulorū non cōmune uniuersorū bellū ducūt: nec auxiliū ferre alter alteri uolūt: quasi
uictoria unius non omnium foret: per epistolas se inuicem confirmantes: tempus locū coeun-
di condicūt: bellūq; cōibus uiribus instruūt: cui cū Cassander interesse propter finitimū bel-
lum non posset: Lyfimachū cū ingentibus copiis in auxiliū sociis mittit. Erat hic Lyfima-
chas illustri q̄dem Macedoniæ loco natus: sed uirtutis experimentis omni nobilitate clarior:
quæ tanta in illo fuit: ut animi magnitudine philosophia ipsa uiriūq; gloria omnes: per quos
oriens domitus est: uicerit: quippe cū Aelxander magnus Calisthenem philosophū propter
salutationis persicæ interpellatū morem insidiarū: quæ sibi paratæ fuerant: consciū fuisse ra-
tus fuisset: eūq; trūcaris crudeliter membris abscissisq; auribus ac naso labiisq; deforme ac mi-
ferandū spectaculū reddidisset. Insuper cū cane in cauea clausum ad metum cæterorū circūfer-
ret: tūc Lyfimachus audire Calisthenem & præcepta ab eo recipere uirtutis solitus: miseratus
tanti uiri non culpæ sed libertatis poenas pendentis uenenū ei in remediū calamitatū dedit:
quod adeo ægre Alexander tulit: ut eū obiici ferocissimo leoni iuberet. Sed cū ad conspectum
eius concitus leo impetum fecisset: manū manipulo inuolutam Lyfimachus in os leonis i-
miserit: arreptaq; lingua feram exanimauit: quod cū nūciatū regi esset: admiratio i satisfactio
nem cessit: cariorēq; eū propter constantiam tantæ uirtutis habuit. Lyfimachus quoq; ma-
gno animo regis ueluti parentis tulit contumeliam. deniq; omni ex animo huius facti memo-
ria exturbata: postea in india infectanti regi quosdam palantes hostes cū a satellitū turba equi
sui celeritate desertus esset: solus ei per immensas harenarū moles cursus comes fuit, quod idē
antea Philippus frater eius cū facere uoluisset: inter manus regis expirauerat. Sed Lyfimachū
desiliens equo Alexander hastæ cuspidē ita in fronte uulnerauit: ut sanguis aliter claudi non
posset: q̄ diadema sibi demptū rex alligandi uulneris causa capiti eius imponeret: quod auspi-
ciū primū regalis maiestatis Lyfimacho fuit. Et post mortem Alexandri cū inter successores
Alexandri puincia diuiderent: ferocissimæ gētes quasi omniū fortissimo assignatæ sūt. Adeo
etiam consensu uniuersorū palmā uirtutis inter cæteros tulit. Prius q̄ bellū inter ptolemæum
sociosq; eius aduersum Antigonū committeret: repente ex Asia maiore digressus Seléucus no-
uus Antigono hostis accesserat. Huius quoq; & uirtus clara & origo admirabilis fuit. siquidē
mater eius Laodice cū nupta esset Antiocho claro iter Philippi duces uiro uisa est sibi p̄ getē
ex concubitu Apollinis concepisse: grauidāq; factā munus cōcubitus anulū a deo accepisse: cu-
ius gēma anchora sculpta esset. Iussaq; id donū filiū quē peperisset dare: admirabilē fecit hūc
uisum & anulū q̄ postera die eiusdem sculpturæ i lecto inuētus est: & figura anchoræ: quæ i
femore Seleuci nata cū ipso paruulo fuit. Quāobrē laodice anulū Seleuco eūti cū Alexandro
magno ad psicā militiā edocto de origie sua dedit. Vbi post mortē Alexandri occupato regno
oriētis urbē cōdidit. Ibiq; gemiæ originis memoriā cōsecrauit: nā & urbē ex Antiochi p̄ris no-
mie antiochiā uocauit: & cāpos uicinos urbi Apollini dicauit: origis eius argumētū etiā poste-
ris māsit. siquidē filii nepotesq; eius anchorā i femore ueluti notā generis naturalē habuere. Mul-
ta i oriēte post diuisionē iter socios regni Macedonici bella gessit. p̄ncipio babiloniā cœpit. In-
de auctus ex uictoria uiribus bactriāos expugnat: trāsītū deīde i Idia fecit: q̄ post mortē Alexā-
dri ueluti a ceruicibus iugo seruitutis excusso p̄fecto eius occiderat: auctor libertatis sadrocot-
tus fuerat: sed titulū libertatis post uictoriā i seruitutē uerterat. siquidē occupato regno populū
quē ab externa domiatiōe uēdicauerat: ipse seruitio p̄mebat. Fuit hic qdē hūili genere natus:
sed ad regni potestātē maiestate numis ipulsus: q̄ppe cū p̄ccitate sua Alexādrū regē offēdidisset
iterfici a rege iussus: salutē pedū celeritate quaesierat: ex qua fatigatione cū somno captus iace-
ret: leo ingentis formæ ad dormientē accessit: sudorēq; p̄fluentē lingua ei deterfit: expergefā-
ctūq; blāde siliq;. Hoc p̄digio primū ad sp̄e regni ipulsus cōtractis latrōibus Indos ad nouitatē

regni sollicitavit. Molienti deinde bellum aduersos praefectos Alexandri elephantus ferus in finita magnitudinis ultro se obrulit: & ueluti domita mansuetudine eum tergo exceptit. Duxq; belli & praelior insignis fuit. Sic acquisito regno Sandrocottus ea tempestate; qua Seleucus futurae magnitudinis fundamenta iacebat. Indiam possidebat: cum quo facta pactione Seleucus compositusq; in oriente rebus in bellum Antigoni descendit. Adunatis igitur oium sociorq; copiis praeliu committit. In eo Antigonus occidit. Demetrius filius eius i fuga uertit: sed socii pfligato hostili bello denuo in semetipsos arma uertit: & cum de praeda non coueniunt: ite re in duas factiones deducuntur. Seleucus Demetrio: Ptolemæus Lyfimacho iugitur. Cassandro defuncto Philippus filius succedit: sic quasi ex integro noua Macedoniae bella nascuntur.

IUSTINI HISTORICI LIBER .XVI.

Post Cassandri regis filiq; eius Philippi continuas mortes: Thessalonice regina uxor Cassandri non magno post tempore ab Antipatro filio cum uita etiam per hubera materna deprecaretur: occidit. Causa parricidii fuit: quod post mortem mariti in diuisione inter fratres regni propensior fuisse Alexandro uidebatur: quod facinus eo grauius omnibus uisum est: quod nullu maternae fraudis uestigiū fuit: quanq; in parricidio nulla satis iusta causa ad sceleris patrocina p̄texti potest. Ob haec igitur Alexander in ultione maternae necis gesturus cum fratre bellu auxiliu a Demetrio petit: nec Demetrius spe inuadendi Macedoniae regni mora fecit: cuius aduentu uerens Lyfimachus persuadet genero suo Antipatro: ut malit cum fratre in graecia reuerti q̄ paternu hoste in macedoniam admitti. Inchoatam igitur inter fratres reconciliationem cu praesensisset Demetrius per insidias Alexandri interfecit. Occupatoq; macedoniae regno caede apud exercitu excusaturus in concionem uocat. Ibi priorem se petitu ab Alexandro allegat: nec fecisse se sed occupasse insidias: regem autem se macedoniae uel aetatis experimētis: uel causis iustiore esse: patre eni suu & Philippo regi: & Alexandro magno sociu in omni militia fuisse: liberorq; deinde Alexandri ministri: & ad persequendos defectores ducem extitisse: contra Antipatru auu horu adolescentiu amariorē semper ministri regni: q̄ ipsos reges fuisse. Cassandru uero patrem extinctore regiae domus: non foeminis non pueris pepercisse: nec cessasse quoad omnem stirpe regiae sobolis deleret. Horu scelex ultione quia nequisset & ab ipso Cassandro exigere ad liberos eius translata. Quamobrem etiam Philippu & Alexandru: quia si quis inanium sensus est: non interfectores suos ac stirpis suae. Sed ultotes eorq; Macedoniae regnum tenere malle: per haec mitigato populo rex Macedoniae appellatur. Lyfimachus quoq; cu bello Doricetis regis thracu praemeretur: ne eodem tempore & aduersus Demetriu dimicare necesse habere tradita ei altera parte macedoniae: quae antipatro eius genero eueniat pacem cu eo fecit. Igitur Demetrius totis macedoniae regni uiribus instructus cu Asiam occupare statuisset: iterato Ptolemæus Seleucus & Lyfimachus experti priore certamine quantae uires essent concordia pacta societate aduatisq; exercitibus bellu aduersus Demetriu transferunt in europā. His comitem se & belli socium iungit Pyrrhus rex epiri sperans non difficiliter Demetrium macedonia amittere posse q̄ acquisuerat: nec spes frustra fuit: quippe exercitui eius corrupto ipsoq; in fugam acto regnu macedoniae occupat. Dum haec aguntur: Lyfimachus generu suu Antipatru regnu macedoniae ademptu sibi soceri fraude quaretem interfecit: filiamq; suam Euridicem querelarum sociam in custodia tradit. Atq; ita uniuersa Cassandri domus Alexandro magno seu necis ipsius seu stirpis extinctae poenas partim caede partim supplicio luit. Demetrius quoq; a tot exercitibus circumuentus cum posset honeste mori: turpiter se dedere Seleuco maluit. Finito bello Ptolemæus cum magna rerum gestarum gloria moritur. Is contra ius gentium minimo natu ex filiis ante infirmitatem regnum tradiderat: eiusque rei populo ratione reddiderat: cuius no minor fauor i accipedo q̄ patris in tradedo regnu fuerat: iter caetera patris & filii mutuae pietatis exēpla et ea res amore pare populi iuueni cōciliauerat: & pater regno ei publice tradito: priuatū officiu regi iter satellites fuderat: oiq; regno pulchrius regis ee patre dixerat. Sed iter Lyfimachu & Pyrrhu regē socios paulo ate aduersus Demetriu assiduū iter pares discordia malū bellū mouerat. Victor Lyfimachus pulso Pyrrho macedoniam occupauerat. Inde Thraciae ac deinceps heracleae bellum intulerat: cuius urbis: & initia & exitus mirabilis fuere: quippe Boetius pestilentia laborantibus oraculum delphis

Pyrrhus

responderat: coloniam in ponti regione sacram Herculi conderent: cū propter metū longæ & periculosaē nauigationis mortem in patriā omnibus præoptantibus res omiſſa eſſet, bellū his phocenses intulerūt: quoꝝ cū aduerſa prælia paterent: iterato ad oraculū decurrūt: reſpōſū idem belli quod peſtilentiæ remediū fore. Igit̃ cū ſcripta colonioꝝ manu in metapōtū delati urbem heracleam condiderunt: & quoniam factorum auſpiciis in eas ſedes delati erant. Breui poſt tempore magnas opes paruere: multa deinde huius urbis aduerſus finitimos bella multa etiam domeſtica diſſenſiōis mala fuere. Inter cætera magna uel præcipue illud memorabile fuit: cū rex potirenſ athenieſes: uictiſq; perſis græciæ & aſiæ tributū in tutelam classiſ deſcripſiſſent: omnibus cupide ad præſidiū ſalutis ſuæ cōferentibus ſoli heracleieſes ob amicitia regū perſicoꝝ collationē abnuerāt. Miſſus itaq; ab athenieſibus Malachus cū exercitu ad extorquedū: quod negabaſ: dū relictis in littore nauibus agros heracleieſiū popula tur: claſſem cū maiore parte exercitus naufragio repētinaē tēpeſtatis amiſit. Itaq; cū neq; mari poſſent amiſſis nauibus neq; terra auderēt cū parua manu inter tot ferociſſimas gentes reuerti. Heraclienſes honeſtiorē beneficii q̃ ultionis occaſionē rati: iſtructos cōmeatibus auxiliisq; dimittūt: benē agroꝝ ſuoꝝ populationē exiſtimātes: ſi quos hoſtes habuerāt: amicos red didiſſent. Paſſi ſūt inter plurima mala et tyrannidē: ſiquidē cū plebs etiā nouas tabulas & diuiſionē agroꝝ diuitū ipotēter flagitarēt: diu re i ſenatu tractata cū exitus rei non inuenirēt: ad poſtremū aduerſus plebē nimio ocio laſciuerēt auxilia a Thimoteo athenieſiū duce: mox ab Epanimūda thebanōꝝ petiuere: Vtriſq; negatibus ad Clearchū quē ipſi i exiliū egerāt: decurrūt: tāta calamitatū neceſſitas fuit: ut cui patriā iterdixerāt: eū ad tutelam patriæ uocaret Sed Clearchus exilio facinoroſior redditus: & diſſenſionē populi occaſionē inuadēdæ tyrannidis exiſtimās: primo tacite cū Mithridate ciuiū ſuoꝝ hoſte colloquitur: & inita ſocietate paci ſciſ: ut reuocatus in patriā prodita ei urbe p̄fectus eius cōſtitueret. Poſtea aut̃ iſidias: quas ci uibus parueraſ ipſū Mithridatē uerterat. Nāq; cū uelut arbiter ciuiliſ diſcordiæ de exilio re uerſus eſſet: ſtatuto tēpore quo urbē Mithridati traderet: ipſū cū amicis ſuis cepit captūq; accepta igēti pecūia dimiſit. Atq; ut in illo ſubitū ſe ex ſocio fecit hoſtē: ſic ex deſenſore ſenato riæ cauſæ: repēte patronus plebis euasiſ: & aduerſus auctores potētiæ ſuæ a quibus reuocatus in patriā: per quos in arce collocatus fuerat: nō ſolū plebē accēdit: ueq; etiā neſadīſſima quæq; tyrannicæ crudelitatis exercuit. Igitur populo ad cōcionē uocato: neq; ſe affutūq; ap̄ius graſ ſanti in populū ſenatu ait iſterceſſūq; etiā ſi i priſtina ſæuicia perſeueret: & ſi par eſſe crudelita ti ſenatoꝝ arbitrent̃ abituꝝ cū militibus ſuis: neq; ciuilibus diſcordiis iſterſectūq;. Si uero diſſidat̃ uiribus propriis uidicē ſe ciuiū nō defutūq; proinde cōſulāt ſibi ipſi iubeāt abire ſi ma lint: uel ſociū cauſæ popularis remanere. His uerbis ſollicitata plebs ſumū ad eū imperiū de fert: & dū ſenatus potētiæ traſciſ: in ſeruitutē ſe tyrannicæ dominiōis cū cōiugibus & libe ris tradit. Igit̃ Clearchus. lx. ſenatores cōpræheſos nā cæteri in fugā dilapſi erāt: in uicula com pingit: lætari plebs q; a duce potiffimū ſenatoꝝ ſenatus deleret: uerſaq; uice auxiliū eoz i exi tiū cōuerſū eſſet: quibus dū mortē paſſim oibus minat̃: cariora eoz præcia facit ſiquidē Clear chus magna pecūia quaſi minis populi occulte eos ſubtractaturus accepta ſpoliatos fortūis ui ta quoq; ſpoliauit. Cognito deinde q; bellū ſibi ab iis qui profugerant miſericordia in auxiliū ſollicitatis ciuibus pararet̃: ſeruos eoz manumittit: & ne quid in afflictis honeſtiſſimis domi bus deeſſet: uxores eoz filiaſq; nubere ſeruis ſuis p̄poſita recuſantibus morte compellit: ut eos ſibi fidiores & dominis iſeltiores redderet. Sed m̄onis tā lugubres nuptiæ grauiores repē tinis fueribus fuere: itaq; multæ ſe ante nuptias: multæ in ipſis nuptiis occiſis prius nouis ma ritis iſterficiūt & ſe tā fueſtis calamitatibus uirtute i genui pudoris eripiūt: præliū deide cōmit titur: quo uictor tyrānus captiuos ſenatores in triūphi modū per ora ciuiū trahit. Reuerſus i urbē alios uincit: torquet alios: alios occidit: nullus locus urbis a crudelitate tyrāni uacat acce dit ſæuitiæ iſolētia: crudelitati arrogātia. Interdū enī ex ſucceſſu cōtinuæ ſelicitatis obliuiſci tur ſe hominem. Interdum louis filium ſe dicit: eunti per publicum aurea aquila uelut argu mentum generis præferebatur: ueſte purpurea & cothurnis regum tragicorum & aurea coro na urebatur: filium quoq; ſuum Ceraunon uocat: ut deos non mendacio tantum uerumeti am nominibus illudat. Hæc illum facere duo nobiliſſimi iuuenes Chion & Leonides indignā tes patriam liberaturi in necem tyranni conſpirant. Erant hi diſcipuli Platonis philoſophi: qui uirtutem ad quam quottidie præſectis præceptis magiſtri erudiebantur: patriæ exhibere cupiētes quinquaginta cognatos ueluti clientes in iſidiis locant. Ipſi more iurgantium ad ty rannum ueluti ad regem in arcem contendunt: qui iure familiaritatis admiſſi: dum alterum

priorē dicentem intentus audit tyrannus: ab altero occupatur. Sed ipsi sociis tardius auxiliū ferentibus a satellitibus obruuntur: quare factum est: ut tyrannus quidem occideretur: sed patria non liberaretur. Nam frater Clearchi Satyrus eadem uia tyrannide inuadit: multisq; annis per gradus successionis heraclenses regnum tyrannorum fuere.

IVSTINI HISTORICI LIBER XVII.

Per idem ferme tempus Helleponti & Cherfonesi regionibus terræmotus fuit: maxime tātum urbs lysimachia ante duos & .xx. annos a lysimacho condita euersa est. q; portenta dira lysimacho stirpique eius ac ruinam regni cum clade uexatarum regionum portendebant: nec ostentis fides defuit: nam breui post tempore Agathoclem filium suum: quem in successionem regni ordinauerat: per quem multa bella prospere gesserat non solum patrium uerumetiam humanū ultra morem prorsus ministra Arsyrice nouerca ueneno interfecit. Hæc illi prima mali labes: hoc initium pendentis ruinae fuit. Nam parricidium principum secutæ cædes sunt luentium supplicia: q; occisum iuuenem dolebant. Itaq; & hi: qui exercitibus præerant: certatim ad Seleucum deficiebant: eumq; pronum iam ex æmulatione gloriae bellum lysimacho inferre cōpellunt. Vltimum hoc certamen commilitonum Alexandri fuit: & uelut ad exemplum fortunæ parætatate utriq; animi iuueniles erant: imperiiq; cupiditatem insatiabilem gerebant. Quippe cū orbem terrarum duo soli tenerent: angustius subimet inclusi uidebantur: uitæq; finem non annoꝝ spacio sed imperii terminis mittebantur. In eo bello lysimachus amissis antea uariis castris quindecim liberis: non strēue moriēs postremus domus suæ cumulus accessit. Lætus tāta uictoria Seleucus & quod maius uictoria putabat: solum se de cohorte Alexandri mansisse uictoremq; uictorū extitisse non humanū opus esse sed diuinum munus gloriatur: ignarus prorsus non multum post fragilitatis humanæ se ipsum exemplum futurum: quippe post menses admodum septem a ptolemæo: cuius sororem lysimachus in matrimonio habuerat: per insidias circumuentus occidit. Regnumq; macedoniæ: quod lysimacho eripuerat: cum uita pariter amittit. Igitur Ptolemæus cum & in gratiam memoriæ magni Ptolemæi patris & in fauorem ultionis lysimachi ambitiosus ad populares esset: primo lysimachi filios conciliare sibi statuit: nuptiasq; Arsynoes sororis suæ matris eorum petit: puerorū adoptione promissā ut cum in locū eorū successisset: nihil illi moliri uel uerecūdia matris: uel appellatione patris audent. Fratris quoq; regis ægypti concordiam per epistolas deprecatur: professus deponere se ostense perceperit: omniq; arte adulatur Eumeni Antigono Demetrii filiis: Antiocho filio Seleuci cū quibus habiturus erat: ne tertius sibi hostis accederet. Sed nec Pyrrhus rex Epiri omissus in gens momentū futurus utri patri socius accessisset: qui & ipse spoliare singulos cupiens omnibus se partibus uendicabat. Itaq; tarētinis aduersus romanos laturus auxilium: ab Antigono naues ad exercitū deportandū mutuo petit ab Antiocho pecuniam: qui opibus q̄ militibus instructior erat. A Ptolemæo macedonū militū auxilia: sed Ptolemæus: cui nulla dilationis ex infirmitate uiriū uenia esset: quinq; milia peditū: equitū quattuor milia elefantos. L. non āplius q̄ i biēniū usū dedit. Ob hæc Pyrrhus filia Ptolemæi in matrimoniū accepta uindicē eū regni reliquit. Sed quoniā ad epiri mētione uentū ē: de origine regni eius pauca narranda sūt. Molossoꝝ primū in ea regione regnū fuit. Post Pyrrhus Achyllis filius amisso per absentia troianis temporibus paterno regno in his locis cōsedit: qui pyrrhidæ primo: postea epirotæ dicti sunt. Sed Pyrrhus cū i tēplū dodonæi Iouis ad consulēdū uenisset: ibi Anasā neptē Herculis rapuit: ex cuius matrimonio octo liberos sustulit. Ex his nōnullas uirgines nuptu finitis regibus tradit: opeq; affinitatū auxilio magnas parauit. Atq; ita Heleno filio priami regis ob idultriā singularem uaticinādi regnū chaonū & Andromacam Hectoris: quam & ipse matrimonio suo in diuisionem troianæ prædæ acceperat: uxorem reddidit. Breuiq; post tempore delphis insidiis Orestæ filii Agamemnonis inter altaria dei interiit. Successor huic piales filius fuit: per ordinē deinde regnum ad Arisbam descendit: cui quoniā pupillus & unicus ex gēte nobili supereser: intentione omnium cura seruandi eius educandiq; publice tutores cōstituuntur: athenas quoq; erudiendi gratia missus: quanto doctior maioribus suis: tanto & gratior populo fuit. Primus itaq; & leges & senatum annuosq; magistratus & reipublicæ formam composuit: &

ut a Pyrrho sedes sic uita cultior populo ab Arisba statuta: huius filius Neoptolemus fu-
it: ex quo nata est Olympias mater Alexandri magni: & Alexander qui post eum regnum Epi-
ri tenuit: & in Italia bello gesto in Brutis interiit. Post eius mortem frater æacides regno suc-
cessit: qui assiduis aduersus Macedonas, bellorum certaminibus populum fatigando offensam
ciuium contraxit: ac propterea in exilium actus: Pyrrhum filium binium admodum paru-
lum in regno reliquit: qui & ipso eum a populo propter odium patris ad necem quæreretur:
furtim subtractus in Illyrios defertur: traditusq; est Berœ Glauci regis uxori nutriendus: quæ
& ipsa generis æacidarū erat. Ibi eum seu misericordia fortunæ eius: seu infantilibus blandimē-
tis inductus rex aduersum Cassandrum macedoniæ regem qui eum sub belli comminatione
deposcebat: diu protexit: addito in auxilio etiam adoptionis officio: quibus rebus moti epi-
rotæ odio in misericordiam uerso annorum. xi. eum in regnum reuocauerunt: datis tutori-
bus qui regnum usq; adultam eius ætatem tuerentur. Adolescens deinde multa bella gessit: tā-
tusq; rege successu haberi: coeptus ē: ut Tarētinos solus aduersus romanos tueri posse uideret.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XVIII.

Igitur Pyrrhus rex epiro cum iterata Tarentinorum legatione additis sannitiū
& lucanorum precibus & ipsis auxilio aduersus romanos indigentibus fatiga-
retur: non tam supplicium precibus q̄ spe inuadendi Italiæ imperii inductus
uenturum se cum exercitu pollicetur. In quam rem inclinatum semel animum
præcipitē agere cœperant exempla maiorum: ne aut inferior patruo suo Ale-
xandro uideretur: quo defensore iidem Tarentini aduersus brutios usi fuerant
aut minores animos magno Alexandro habuisse: qui tam longa a domo militia orientem su-
begit. Igitur relicto custode regni filio Ptolemæo annos. xv. nato exercitum in portu tarētino
exponit: duobus paruulis filiis Alexandro & Heleno in solatia longinquæ secum expeditio-
nis adductis: cuius audito aduentu consul romanus Valerius Leuius festinans ut primus cū
eo congrediretur: q̄ auxilia sociorum conuenienti: exercitum in aciem deducit: nec res tam
si numero militum inferior esset: certamini moram fecit. Sed romanos uincentes iam inusi-
tata ante elephantorum forma stupere primo: mox cedere prælio cœgit: uictoresq; iam noua
macedonum monstra: repente uicerunt: nec hostibus incruenta uictoria fuit: nam & ipse Pyr-
rhus grauius uulneratus est: & magna pars militum eius cæsa: maioremq; gloriæ eius uictori-
æ q̄ læticiam habuit. Huius pugnæ euentum multæ ciuitates secutæ Pyrrho se tradunt. In-
ter cæteros etiam locri prodito præsidio Romano ad Pyrrhum deficiunt: ex ea præda Pyr-
rhus. cc. captiuos milites gratis romam remisit: ut cognita uirtute eius romani cognoscerent
etiā liberalitatem. Interiectis deinde diebus cum sociorum exercitus superuenisset: iterato p̄-
lium cum romanis facit: in quo par fortuna priori bello fuit. Interea Mago dux carthageni-
sium in auxilium Romanorum cum. cxx. nauibus missus senatum adiit: ægre tulisse cartha-
ginenses affirmans: q̄ bellum in italia a peregrino rege paterentur: ob quam causam missum
se ut quoniam externo hoste oppugnarentur: externis auxiliis iuuarentur: gratiæ a senatu car-
thaginensibus actæ: auxiliaq; remissa. Sed Mago punico ingenio post paucos dies tacitus qua-
si pacificator carthagenensium Pyrrhum adiit speculaturus consilia eius de sicilia: quo eum
accerfiri fama erat. Nam romanis eadem causa mittendi auxilia carthagenensibus fuerat: ut ro-
mano bello ne in siciliam Pyrrhus transire posset: in italia: detineretur. Dum hæc aguntur: le-
gatus a senatu romano Fabricius Lucinus missus pacem cum Pyrrho composuit: ad quam cō-
firmandam Cineas Romanus cum ingentibus a Pyrrho donis missus: neminem cuius domus
muneribus pateret: inuenit. Huic cōtinentiæ romanorum simile exemplum iidem ferme tē-
poribus fuit. Nam missa a senatu in ægyptum legatione cum ingentia sibi a Ptolemæo rege
missa munera spreuissent: interiectis diebus ad coenam inuitatis aureæ coronæ missæ sunt:
quas illis honoris causa receptas postera die statuis regis imposuerunt. Igitur Cineas cum tur-
batam cum romanis pacem ab Appio claudio renunciaisset: interrogatus a Pyrrho qualis ro-
ma esset: respondit: regum urbem sibi uisam. Post hæc legati siculorum superueniunt: tradē-
tes Pyrrho totius insulæ imperium: qui assiduis carthagenensium bellis uexabatur. Itaq; reli-
cto locris Alexandro filio: firmatisq; ciuitatibus ualido præsidio in Siciliam exercitū traiecit.
Et quoniā ad carthagenensium mentionē uentū est: de origine eorū pauca dicenda sunt: repetitis ty-
riorū paulo altius rebus: quoq; casus etiā dolēdi fuerāt. Tyriorū gēs cōdita a phoenicibus fuit:

qui terræ motu uexati relicto patriæ solo assyrium stagnum primo: mox mari proximum lit-
tus incoluerunt: condita ibi urbe quam a piscium ubertate sidona appellauerunt: nam piscem
phenices sidon uocant. Post multos deinde años a rege aschaloniorum expugnati nauibus ap-
pulti tyron urbem ante annum troianæ cladis condiderunt. Ibi persarum bellis diu uarieq; fa-
tigati uictores quidem fuere: sed attritis uiribus a seruis suis multitudine abundantibus indi-
gna supplicia perpeffi sunt: qui conspiratione facta omnem liberum populum cum dominis
interficiunt: atq; ita potiti urbe lares dominorum occupant: rem. p. inuadunt: coniuges ducunt
& quod ipsi non erant liberos procreant: unus ex tot milibus seruorum fuit: qui miti inge-
nio senis domini paruuliq; filii eius fortuna moueretur: dominusq; non truci feritate truci-
dit: sed pia misericordia ac humanitate respexit. Itaq; cum uelut occisos alienasset: seruisq; de
statu reipublicæ deliberantibus placuisset regem ex suo corpore creari: eumq; potissimum q̄
si acceptissimum diis: qui solem orientem primus uidisset: rem ad Stratonem (hoc enim ei no-
men erat) dominum occulte latentem detulit: ab eo formatus cum medio noctis omnes in
unum campum processissent: cæteris in orientem spectantibus solus occidentis regionem in-
tuebatur: id primum aliis uideri furor in occidentem solis ortum quærere. Vbi uero dies ad-
uentare coepit: editissimisq; culminibus urbis oriens splendere expectantibus aliis ut ipsum
solem aspicerent: hic primus omnibus fulgorem solis in summo fastigio ciuitatis ostendit: nō
seruilibus ingenii ratio uisa: requirentibusq; auctorem de domino confitetur. Tunc intellectu
est quantum ingenua seruilibus ingenia præstarent: maliciaq; seruos non sapientia uincere.
Igitur uenia seni filioq; data est: & uelut numine quodam reseruos arbitrans regem Stra-
tonem creauerunt: post cuius mortem regnum ad filium ac deinde ad nepotes transit. Cæle-
bre hoc seruorum facinus metuendumq; exemplum toto orbe terrarum fuit. Itaq; Alexāder
magnus cum interiecto tempore in oriente bellum gereret uelut ultor publicæ securitatis
expugnata eorum urbe omnes: qui prælio superfuert: ob memoriam ueteris cædis cruci-
bus affixit. genus tantum Stratonis inuolatum seruauit: regnumq; stirpi eius restituit inge-
nuis & innoxii incolis insulæ attributis: ut extirpato seruili germine genus urbis ex integro
condiretur. Hoc igitur modo tyrii Alexandri auspiciis conditi parsimonia & labore quæren-
ti cito conualuere. Ante cladem dominorum cum & opibus & multitudine abundarent: mis-
sa in africanam iuuentute Vricam condidere cum interim rex tyro decedit filio pygmalione &
Elisa filia insignis formæ uirgine hæredibus institutis. Sed populus Pygmalioni admodū pue-
ro regnum tradidit. Elisa quoq; Sichæo auunculo suo sacerdoti Herculis: qui honos secūsus
a rege erat: nupsit: huic magnæ sed dissimulatæ opes erant: aurumq; metu regis non tectis sed
terræ crediderat: quam rem & si homines ignorabant: fama tamen loquebatur: qua incensus
Pygmalion oblitus iuris humani auunculum suum eundemq; generum suum sine respectu
pietatis occidit. Elisa diu fratrem propter scelus aduersata ad postremum dissimulato odio
mitigatoq; interim uultu fugam tacite molitur: assumptisq; quibusdam principibus in socie-
tatem: quibus par odium in regem esse: eandemq; fugiendi cupiditatem arbitrabatur tunc fra-
trem dolo aggreditur: fingit se ad eum migrare uelle ne amplius ei mariti domus cupidæ ob-
liuionis grauem luctus imaginem renouaret: ne ue ultra amara admonitio oculis eius occurrat
Non inuitus Pygmalion uerba sororis audiuit: existimans cum ea & aurum Sichæi ad se uen-
turum. Sed Elisa ministros migrationis a rege missos nauibus cum opibus suis prima uespera
imponit prouectaq; in altum compellit: eos onera hærenæ pro pecunia inuoluta in mare de-
iicere: tunc defluens ipsa lugubriq; uoce Hiarbam exorat: ut libens opes suas recipiat: quas re-
liquerat: habeatq; inferias: quas habuerat causa mortis: tunc ipsos ministros aggreditur: sibi
quidem ait optatam olim mortem sed illis acerbos cruciatu & dira supplicia imminere: qui
Sichæi opes: quarum spe parricidium rex fecerit: auaritiæ tyranni subtraxerint: hoc metu om-
nibus iniecto comites fugæ accepit. Iunguntur & senatorum in ea nocte præparata agmina:
atq; ita sacris Herculis: cuius sacerdos sichæus fuerat: repetitis exilio sedes quærunt. Primus
illis appulsus terræ cyprus insula fuit: ubi sacerdos Iouis cum coniuge & liberis dei monitu co-
mitem se Elisæ sociumq; fortunæ offert: pactus sibi posterisq; perpetuum honorem sacerdo-
tis: cōditio pro m̄ifesto hoie accepta: mos erat cyprii uirgines æte nuptias statutis dotalē pe-
cuniā quaesituras i quaestum ad litus maris mittere p reliqua pudicitia: libamēta Veneri solu-
turas. Hæc igitur ex nūero. lxxx. admodū uirgines rapi & nauibus iponi Elisa iubet: ut & iuue-
tus m̄imonia: & urbs sobolē hère possit. Dū hæc agūtur: Pygmalio cognita sororis fuga cum
ipio bello fugientē psequi parare tægre precibus matris & deorum minis uictus quieuit: cui

Quo Cambagium
Elisa/ Dido. Sathens
Pygmalion.
De illo p̄l' ap. vng.

cum inspirati uates canerent non impune laturum: si incrementa urbis toto orbe auspicatissimi
mae interpellasset: & hoc modo spacium respirandi fugientibus datum. Itaque Elisa delata in a-
fricæ finibus incolas loci eius aduentu peregrinorum mutuarumque rerum commercio gau-
dentes in amicitiam sollicitat: deinde empto loco qui corio bouis tegi possit: in quo fessos lon-
ga navigatione socios: quoad proficisceretur: reficere posset: corium in tenuissimas partes se-
cari iubet: atque ita maius loci spacium quam petierat: occupat: unde postea ei loco byrsæ nomen fu-
it. Confluentibus deinde uicinis locorum: qui spe lucri multa hospitibus uenalia inferebant: se-
desque ibi statuentibus ex frequentia hominum uelut instar ciuitatis effectum est. Vticensium
quoque legati dona ut sanguineis attulerunt: hortatique sunt: ut urbem conderent: ubi sedes for-
titi essent. Sed & Afros detinendi aduenas amor coepit. Itaque consentientibus omnibus Cartha-
go conditur: statuto annuo uestigali pro solo urbis. In primis fundamentis caput bubalû in-
uentum est: quod auspicium quidem fructuosæ terræ: sed laboriosæ perpetuoque feruæ urbis
fuit: propter quod in alium locum urbs translata. Ibi quoque caput equi repertum bellicosum
potentemque populum futurum significans urbi auspicatam sedem dedit. Tunc ad opinionem
nouæ urbis concurrentibus genibus breui & populus & ciuitas magna facta est. Cum succes-
su rerum florentes Carthaginis opes essent: rex mauritanorum Hiärbas decem poenorum prin-
cipibus ad se accersitis Elisæ nuptias sub belli denunciatione petit: quod legati reginæ referre
metuentes: punico cum ea ingenio egerunt: nunciantes regem aliquem poscere qui cultiores
mores uictusque eum Afros perdoceat. sed quem inueniri non posse: qui ad barbaros & fera-
rum more uiuentes transire a consanguineis uelit. Tunc a regina castigati: si pro salute patriæ
asperiores uitam recusarent: cui etiam ipsa uita si res exigat debeatur. Regis mandata aperue-
re dicentes: quæ præcipiat aliis ipsi facienda esse: si uelit consultum esse. Hoc dolo capta diu
Sichæi uiri nomine cum multis lachrymis & lamentatione flebili inuocato: ad postremum
ituram se quo sua & urbis facta uocarent: respondit. In hoc trium mensium sumpto spacio py-
ra in ultia parte urbis extructa uelut placatura uiri manes inferiasque ante nuptias missura mul-
tas hostias cædit: & sumpto gladio pyram conscendit. Atque ita ad populum respiciens ituram
se ad uirum: sicut præceperat: dixit: uitamque gladio finiuit: quæ diu Carthago inuicta fuit: pro dea
cultæ est. Condita est urbs hæc. lxxii. annis ante quam roma: cuius uirtus sicut bello clara fuit: ita do-
mi status uariis discordiarum casibus agitatus est: cum inter cætera mala etiam peste labora-
rent: cruenta sacrorum religione & scelere pro remedio usi sunt. Quippe homines ut uictimas
immolabant: & impuberes: quæ ætas etiam hostium misericordiam prouocari: aris admoue-
bant: pacem deorum sanguine eorum exposcentes: pro quorum uita dii rogari maxime solent.
Itaque aduersis tanto scelere numinibus cum in Sicilia diu infelicitate dimicassent: translato in
sardiniam bello amissa maiore exercitus parte graui prælio uicti sunt: propter quod ducem
suum Machæum: cuius auspiciis & Siciliæ partem domuerant: & aduersus afros magnas res
gesserant cum parte exercitus: quæ supersuerat: exulare iusserunt: quam rem ægre ferentes mi-
lites legatos Carthaginem mittunt: qui reditum primo ueniamque infelicitatis militiæ petant: ta-
men denunciant: quod si precibus nequeant armis se consecuturos. Cum preces & minæ lega-
torum sprete essent: interiectis diebus conscensis nauibus armati ad urbem ueniunt: ibi deos
hominesque testati non se expugnatum sed recuperatum patria uenire ostensurosque: ciuibus su-
is non uirtutem sibi priore bello sed fortunam defuisse. Prohibitis com meatibus: obsessaque
urbe in summam desperationem Carthaginenses adduxerunt. Interea Cartalo Machæi ducis
exulis filius: cum præter castra patris a tyro: quo decimas Herculis ferre ex præda siciliensis:
quam pater eius ceperat: a carthaginensibus missus fuerat: reuertetur: accersitusque a patre ef-
fer: publicæ se prius religionis officia executurum quam priuatae pietatis: respondit: quam rem &
si ægre ferret pater: non tamen uim afferre religioni ausus est. Interiectis diebus Cartalo peti-
to com meatu a populo cum reuersus ad patrem esset: ornatusque purpura & insulis sacerdotum
omnium se oculis ingereret. Tum in secreto pater adducto ait: ausus ne es nefandissimum caput
ista purpura & auro ornatus in conspectum tot miserorum ciuium uenire: & in cæsta ac lugen-
tia castra circumfluentibus quietæ felicitatis insignibus uelut exultabundus intrare? Nusquam ne
te aliis iactare potuisti? Nullius locus aptior quam sordes patris & exilii infelicitatis ærumnæ fuerunt?
Quid & paulo ante uocatus: non dico patrem ducem certe ciuium tuorum superbe spreuisti?
Et quid porro tu in purpura istam corollisque aliud quam uictoriarum mearum titulos geris? Quo-
niam igitur tu in patrem nihil nisi exulis nomen agnoscis: ego quoque imperatorem me magis
quam patrem iudicabo: statuamque in te exemplum: ne quis posthac infelicitibus miseris patris illu-

Cono bouis ioris.
Amphitruo qd
et id iuris caritatis.

Afros.

Hyarbas uent omib.
didona atq; hennit

Morim dido.
Cartago om ho. lxxii
annis condita fuit.

dat: atq; ita cum ornatu suo in altissimam crucem in conspectu urbis affigi iussit. Post paucos deinde dies Carthaginem capit: euocatq; populo ad concionem exilii iniuriam queritur: belli necessitatem excusat: contentusq; uictoriarum suarum punitis auctoribus miserorum ciuim iniuriosi exilii omnibus se ueniam dare dicit. Atq; ita decem senatoribus interfectis urbem legibus suis reddidit. Nec multo post tempore affectati regni accusatus: duplicis & in filio & in patria parricidii poenas dedit. Huic Mago imperator successit: cuius industria & opes Carthaginensium & imperii fines & bellicae gloriae laudes creuerunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XVIII.

Mago Carthaginensium imperator cum primus omnium ordinata disciplina militari imperium poenorum condidisset: uiresq; ciuitatis non minus bellandi arte q̄ uirtute firmasset: defungitur: relictis duobus filiis Hastrubale & Hamilchare: qui per uestigia paternae uirtutis decurrentes sicuti generi ita & magnitudini patris successerunt. His ducibus sardiniae bellum illatum: aduersus afroes quoq; uectigal pro solo urbis multorum annoꝝ repetentes dimicatu: sed afroꝝ sicuti causa iustior: ita & fortuna superior fuit: bellumq; cum his solutione pecuniae non armis finitu. In sardinia quoq; Hastrubal grauius uulneratus imperio Hamilchari fratri tradito interit: cuius mortem tum luctus ciuitatis: tum & dictaturae uidecim: & triumphus quatuor insignem fecere. Hostibus quoq; creuere animi ueluti cum duce poenorum: uires concidissent. Itaq; siciliae populis propter assiduas carthaginensium iniurias ad Leonidam fratrem regis spartanorum concurrentibus graue bellum natum: in quo & diu & uaria uictoria praeratum fuit. Du haec aguntur: legati a Dario persae rege Carthaginem uenerunt: afferentes edictu: quo poeni humanas hostias immolare & canina carne uesci prohibebantur: mortuorum corpora cremare potius q̄ terra obruere a rege iubebantur: petetes simul auxilia aduersus graecos: quibus illaturus bellum Darius erat. Sed carthaginenses auxilia negantes propter assidua finitimoz bella: caeteris ne per omnia contumaces uiderentur: cupide paruere. Interea Hamilchar bello siciliensi interficitur relictis tribus filiis Hamilchone: Hannone: Gisgone. Hastrubali quoq; par numerus filioꝝ fuit Hannibal & Hastrubal & Sapho. Per hos res Carthaginensium ea tempestate regebatur. Itaq; & mauris bellum illatu: & aduersus numidas pugnatum: & afri compulsi stipendium urbis conditae carthaginensibus remittere. Deinde cum familia tanta imperatorum grauis liberae ciuitati esset: omniaq; agerent: simul & iudicarent: centum ex numero senatoroz iudices deliguntur: qui reuersis a bello ducibus rationem reꝝ gestarum exigerent: ut hoc metu ita in bello imperia cogitarent: ut domi iusticiam legesq; respiceret. In sicilia in locum Hamilcharis imperator Hamilcho succedit: qui cum nauali terrestriq; bello secunda praelia fecisset: repente pestilentis syderis ui exercitum amisit: quae res cum nunciata Carthagini esset: maelsta ciuitas fuit: omnia ululatibus non secus ac si ipsa urbs capta esset: perfonabant: clausae priuatae domus: clausa deorum templa: intermissa omnia sacra: omnia priuata officia damnata: cuncti deinde ad portam congregantur: egredientesq; paucos e nauibus: qui cladi superfuerant: de suis percunctatur. Ut uero dubia antea spe & suspenso metu incerta orbitatis expectatione casus uoz miseris eluxit: tunc toto littore plangentium gemitus: tunc infelicium matꝝ uiulatus & querelae flebiles audiebantur. Inter haec procedit inops e nauis sua imperator Hamilcho sordida seruilq; tunica distinctus. ad cuius conspectu plangentiu agmina iuguntur. Ipse quoq; manus ad caelum tedens: nunc sortem suam nunc publicam fortunam deflet: nuc deos accusat: qui tanta belli decora & tot ornamenta uictoriaꝝ: quae ipsi dederant abstulerint: qui captis tot urbibus totiensq; hostibus terrestri naualiq; praelio uictis: exercitu uictore non bello sed peste deleuerint: deferre se tamen ciuibus suis non modica solacia: quod malis eoz hostes gaudere: non gloriari possent. Quippe neq; eos: qui mortui sunt a se occisos neq; eos qui reuersi sunt: a se fugatos possint dicere: praedam: quam relictis a se castris abstulerint: non esse talem: quam uelut spoliu uicti hostis ostentent: sed quam possessioe uacua fortuitis damnoz mortibus sicuti caduca occupauerint quod ad hostes pertinet uictores se recessisse: quod ad pestem pertinet uictos: nihil tamen se grauius ferre: q̄ quod inter fortissimos uiros mori non potuerit: seruatusq; sit non ad uitae iucunditatem: sed ad ludibrium calamitatis: quanq̄ ubi miseris copiarum reliquias Carthaginem reduxerit: se quoq; secutorum comilitones suos: ostensuq; patriae non ideo se in eam diem uixisse quoniam uelit uiuere: sed ne hos

quibus nefanda lues pepererat inter hostium exercitus relictos morte sua proderet: itali uoci feratione per urbem ingressus: ut ad limina domus suae uenit: proscutam multitudinem uelut postremo alloquio dimisit: obseratisq; foribus ac nemine ad se ne filius quidem admittis mortem sibi consciiuit.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XX.

Dionysius ex sicilia pulsus carthaginensibus: occupatoq; totius insulae imperio graue ocium regno suo periculosamq; desidiā tanti exercitus ratus: copias in italiam traiecit: simul ut militum uires continuo labore acuerentur: & regni fines proferrentur. Prima illi militia aduersus graecos qui proxima italici maris littora tenebant fuit. Quibus deuictis finitimos quosq; aggreditur. Omnesq; graeci nominis italiam possidentes hostes sibi destinat: quae gentes non partem sed uniuersam ferme italiam ea tempestate occupauerant. Deniq; multae urbes adhuc post tantam uetustatem uestigia graeci moris ostentant. Namq; Tuscorum populi: qui oram inferi maris possident a Lydia uenerunt. Et uenetos quos incolae superi maris uidemus: capta & expugnata Troia Antenore duce misit. Adria quoq; Illyrico mari proxima: quae & adriatico mari nomen dedit. Graeca urbs est & arpos: quam Diomedes exciso Ilio naufragio in ea loca delatus condidit. Sed & pisae in liguribus graecos auctores habent. Et in Tuscis Tarquinia Thessalis & Spinambri. Perusini quoq; originem ab achaeis ducunt. Quid Cerem urbem dicam? Quid latinos populos? qui ab Aenea conditi uidentur. Iam phalisci: Iapygii: Nolati: Abelani: nonne Chalcidiensum coloni sunt? Quid tractus omnes Capaniae? Quid Brutii: Sabiniq;? Quid sannites? Quid Tarentini: quos lacedaemonia profectos spuriosq; uocatos accepimus? Thurinorum urbes condidisse Philocteten ferunt: ibiq; adhuc monumentum eius uisit. Et Herculis sagittae in Apollinis templo: quae fatum Troiae fuere. Metapontini quoq; in templo Mineruae ferramenta: quibus epheos a quo conditi sunt: equum troianum fabricauit: ostentant: propter quod omnis illa pars italiae maior graecia appellatur: sed principio originum Metapontini cum sybaritanis: & crotoniensibus pellere caeteros graecos italia statuerunt. Cum primam urbem syrim cepissent in expugnationem eius quinquaginta iuuenes amplexos mineruae simulachre sacerdotemq; deae uelatum ornamentis inter ipsa altaria trucidauerunt: ob hoc cum peste & seditionibus uexarentur priores Crotonienses delphicum oraculum adierunt: Responsum his est finem mali fore: si uiolatum Mineruae numen & interfectorum manes placasset. Itaq; cum statuas iuuenibus iustae magnitudinis & in primis Mineruae fabricare coepissent. Metapontini cognito oraculo deorum occupandam manum & pacem deae rati: iuuenibus modica & lapidea simulachra ponunt: & deae panificii placant. Atq; ira pestis utrobique sedata est. cum alteri magnificentia: alteri uelocitate certassent: recuperata sanitate non diu Crotonienses quieuerunt. Itaq; indignantes in oppugnatione syris auxilium contra se a locrensis latum bellum his intulerunt. Quo metu territi Locrenses ad spartanos decurrunt: auxilium supplices deprecantur: illi longinqua militia grauati auxilium a Castore & Polluce petere eos iubent. Neq; legati sociae urbis responsum spreuerunt: profectiq; in proximum templum facto sacrificio auxilium deorum implorant: litatis hostiis obtentoq; ut rebantur: quod perebant: haud secus laeti quam si deos ipsos secum aduecturi essent: puluina iis in nauis componunt: faustisq; profectionibus solatia suis pro auxiliis deportant. Iis cognitis Crotonienses & ipsi legatos ad oraculum Delphos mittunt: uictoriae facultatem bellicumq; prosperos euentus deprecantes. Responsum prius uotis hostes quam armis uincendos. Cum uouissent Apollini decimas praedae locrenses & uoto hostium & responso dei cognito nonas uouerunt: tacitamq; eam rem habuerunt: ne uotis uincerentur. Itaq; cum in aciem processissent: & crotoniensium centum uiginti milia armatorum constituisset: Locrenses paucitatem suam circumspectantes (nam solum quindecim milia militum habebant) omnia spe uictoriae in destinata mortem conspirant: rursusq; ardor ex desperatione singulos cepit: ut uictores se putarent: si non multi morirentur. Sed dum mori honeste quaerunt felicius uicerunt. Nec alia causa uictoriae fuit: quam quod desperauerunt. Pugnantis locris aquila ab acie nunquam recessit: eosq; tam diu circuuoluit quoad uincerent. In cornibus quoq; duo iuuenes diuerso a caeteris armorum habitu: ximia magnitudine & albis equis & coccineis paludamentis pugnare uisi sunt: nec ultra apparuerunt: quam pugnatum est. Hanc admirationem auxit incredibilis famae uelocitas. Nam eadem die quam in italia pugnatum est & coryntho & Athenis & lacedaemone nunciata est

Spartanos pantes

uictoria. Post hæc Crotoniensibus nulla uirtutis exercitatio nulla armorum cura fuit: oderant enim quæ infeliciter sumpserat: mutassetque uitam luxuria: ni Pythagoras philosophus fuisset: Hic fami Demarato locuplete negociatore patre natus: magni que sapientiae incrementis formatus Aegyptum primo mox babiloniam ad perdiscendos syderum motus originemque mundi spectandam profectus: summam scientiam consecutus erat. Inde regressus cretam & lacedaemona ad cognoscendas Minois & Lycurgi inclytas ea tempestate leges contenderat: quibus omnibus instructus Crotonam uenit: populumque in luxuriam lapsum auctoritate sua ad usum frugalitatis reuocauit. Laudabat quottidie uirtutem: & uitia luxuriae contemnebant: casusque ciuitatum hac peste perditae enumerabat: tantumque studium ad frugalitatem multitudinis prouocauit: ut aliquos ex his luxuriatos in optimam frugem conuersos fuisse incredibile uideretur. Matronae quoque separatam a uiris doctrinam & puerorum a parentibus frequenter habuit. Docebat nunc has pudicitiam & obsequia in uiros: nunc illos modestiam & litterarum studium. Inter hæc uelut genetricem uirtutum frugalitatem omnibus ingerebat: consecutusque assiduitate disputationum erat: ut matronarum auratas uestes ceteraque dignitatis suae ornamenta uelut instrumenta luxuriae deponerent: itaque omnia delata in iunonis aedem ipsi deae consecrarent: proferens uera ornamenta matronarum pudicitiam non uestes esse. In iuuentutem quoque quantum profligatum sit: uicti foeminae contumaces animi manifestat. Sed, ccc. ex iuuenibus cum sodalitiu iure sacramento quodam nexi separatam a ciuibus ceteris uitam exercebant: quasi coetum clandestinae coniurationis haberent: ciuitatem in se conuerterunt: quae eos cum in unam domum conuenissent: cremare uoluerit. In quo tumultu, lx. ferme homines periire: ceteri in exilium profecti. Pythagoras autem cum annos, xx. Crotonae egisset: metapontum migravit. Ibi que decessit: cuius tanta admiratio fuit: ut ex domo eius templum facerent: eumque pro deo colerent. Igitur Dionysius tyrannus quem supra a sicilia exercitum in italiam traiecisse: bellumque graecis intulisse memorauimus expugnatis locis Crotoniensibus uix uires longo ocio ex prioris belli clade refuertes aggreditur: qui fortius cum paucis tanto exercitui eius quam antea cum tot milibus Locrensiu paucitati resisterunt: tantum uirtutis paupertas aduersus insolentes diuitias habet: tantoque insperata interdum sperata uictoria certior est. Sed Dionysium gerentem bellum legati Gallogum: qui ante menses romam incendunt: societatem amicitiamque petentes adeunt: gentemque suam inter hostes eius positam esse: magnoque usui ei futurum uel in acie bellanti uel de tergo intentis in praedium hostibus affirmant. Grata legatio Dionysio fuit. Ita pacta societate & auxilii gallogum auctus bellum uelut ex integro instaurat. Iis autem gallis causa in italiam uenienti se desque nouas quarerendi intestina discordia & assiduae domi dissensiones fuere: quare taedio cum in italiam uenissent sedibus thuscis expulerunt: & Mediolanum: Comum: Brixiam: Veronam Bergomum: Tridentum: Vicentiam condiderunt thuscis quoque duce Rhero auitis sedibus amissis alpes occupauere: & nomine ducis gentem Rheriorum condiderunt. Sed Dionysium in siciliam aduentus Carthaginensium reuocauit: qui recuperato exercitu bellum: quod lue deseruerant: auctis uiribus repetebant. Dux belli Hanno Carthaginensis erat: cuius inimicus Suniator potentissimus ea tempestate poenorum cum odio eius graecis litteris Dionysio aduentum exercitus & segnitiam ducis familiariter praenunciasset: comprehensis epistolis prodicionis damnatur: facto senatusconsulto: ne quis postea carthaginensis aut litteris graecis: aut graeco sermone studeat: ne aut loqui cum hoste: aut scribere sine interprete possit. Nec multo post Dionysius: quem paulo ante non sicilia non italia capiebat: assiduis belli certaminibus uictus fractusque ad postremum insidiis suorum interficitur.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XVIII.

EXtincto in sicilia Dionysio tyranno: in locum eius milites maximum natu ex filiis eius nomine Dionysium suffecere: & maturam aetatem eius secuti: & quod firmius futurum esset regnum: si penes unum remansisset: quam si portionibus inter plures filios diuideretur: arbitrantur. Sed Dionysius inter initia regni auunculos fratrum suorum uelut aemulos imperii sui hortatoresque puerorum ad diuisionem regni tollere gestiebat. Quare paulisper dissimulatum animum prius ad fauorem popularium concilandum intendit: excusatus facturus: quod statuerat: si probatus ante omnibus foret. Igitur nexorum tria milia e carcere dimittit: tributa populo per triennium remittit: & quibuscumque deliniammentis potest animos omnium sollicitat. Tunc ad destinatum facinus conuersus non cognatos tan-

tū fratꝛ: sed etiam ipsos fratres interficit: ut quibus consortiū regni debebat: ne spes quidem consortii relinquere: tyrānidem in suos prius q̄. in externos auspicatus. Sublatis deinde armulis in segnitiam lapsus saginam corporis ex nimia luxuria oculorꝛq; ualitudinem contraxit: adeo ut non solem: non puluerem: non deniq; splendore ferre lucis ipsius posset. Propter quā dū contemni se putat: s̄uicia crassatur: nec ut pater carcerem nexis sed cædibus ciuitatem replet: ob quā non contemptior omnibus q̄ inuisior fuit. Itaq; cū bellū aduersus eū syracusani decreuissent: diū dubitauit an impertum deponeret: an bello resisteret: sed a militibus prædam urbisq; direptionem sperantibus descendere in præliū cogitur. Victus cū iterato non felicius fortunam tentasset: legatos ad syracusanos mittit: spondens se depositurꝛ tyrannidem: si mitterent ad eū: cū quibus de pace conueniret. In quam rem missos primo res in carcere retinet atq; ita incautis omnibus nec quicq; hostile metuentibus exercitū ad delēdam ciuitatem mittit. Fit igit̄ in ipsa urbe anceps præliū: in quo oppidanis multitudine superantibus Dionysius pellitur: qui cū obsidionem arcis timeret: cū omni regio apparatu in italiam profugit tacitus: Exul a locrensibus sociis acceptus: uelut iure regnaret: arcem occupat: solitamq; sibi s̄uiciam exercet. Cōiuges principū ad stupꝛe rapi iubebat: uirgines ante nuptias adducebat: stuprataq; procis reddebat. Locupletissimos quosq; aut ciuitate pellebat: aut occidi impabat: bonaq; eorū inuadebat. Deinde cū rapinæ occasio deesset: uniuersam ciuitatem callido commento circumuenit. Cū Rhetiorꝛ tyranni Leorphronis bello locrenses præmerent̄: uouerūt: si uictores forent: ut die festo Veneris uirgines suas prostituere. Quo uoto intermisso cū aduersa bella cū lucanis gererent: in concionem eos Dionysius uocat: hortatur: ut uxores filiasq; suas in templū Veneris q̄ possint ornatissimas mittant. Ex quibus sorte centū ductæ: uoto publico fungant̄: religionisq; gratia uno stent in lupanari mense: omnibus autem uiris nequis ullā attaminet: quæ res ne uirginibus uoto ciuitatem soluentibus fraudi esset: decretū facerent: ne qua uirgo nuberet: priusq; illæ maritis traderent. Probato consilio & quo superstitioni & pudicitia uirginū consulebat: certatim omnes scemina impensius exornatæ i templū Veneris conueniūt: quas omnes dionysius immisis militibus spoliat: ornamentaq; matronarꝛ in prædam suam uertit. **Quarūdam** uiros ditiores interfecit: quasdam ad prodendas uiroꝛ pecūias torquet. Cū his artibus per annos sex regnasset conspiratione locroꝛ ciuitate pulsus in siciliā redit. Ibi syracusas securis oibus post longam intercapedinē pacis per conditionē recepit. Dū hæc in sicilia gerūt: interim in africa princeps Carthaginensiu Hanno opes suas: quibus reipublicæ superabat uires: ad occupandā dominationē intendit: regnūq; inuadere interfecto senatu conatus est. Cui sceleri solēnem nuptiarꝛ diē filia suæ legit: ut religione uotoꝛ nefanda cōmitteret: & nefanda cōmenta facilius tegerent. Itaq; plebi epulas i publicis porticibus senatui in domo sua parat: ut poculis ueneno infectis secretius senatū & sine arbitris interficeret: orbamq; remp. facilius inuaderet. **Qua** re magistratibus per ministros prodita: scelus declinatū non uindicatū est: ne in uiro tam potenti plus negotii faceret res cognita q̄ cogitata. Contenti itaq; cohibuisse decreto modū nuptiarꝛ sūptibus statuūt: idq; obseruari nō ab uno sed ab uniuersis iubent: ne persona designata sed uicia correpta esse uiderent. Hoc consilio præuentus iteꝛ seruicia concitat: statutaq; rursus cædiū die: cū denuo se proditū uideret timens iudiciū munitū quoddā castellū cū uiginti milibus seruoꝛ armatis occupat. Ibi dū afros regemq; mauritanorꝛ concitat capit̄. Virgīsq; cæsus effossis oculis & m̄ibus cruribusq; fractis uelut a singulis mēbris poenæ exigeret. In conspectu populi occidit: corpus uerberibus laceꝛ in cruce figit̄. Filii quoq; cognatq; omnes etiam innoxii supplicio tradūt: ne quisq; aut ad imitandū facinus: aut ad mortem ulciscendam ex tam nefaria domo superesset. **Interea** Dionysius syraculis receptus cū grauior crudeliorq; in dies ciuitati esset iterata conspiratione obsidet. Tūc deposito impio arcem syracusanis cū exercitu tradidit: receptoq; priuato istrumento corynthū in exiliū proficiscit. Ibi humillima quæq; tutissima existimans in sordidissimū uitæ genus descendit. Non contentus in publico uagari sed potat̄: nec cōspici i popinis lupanariibusq; sed totis diebus residere. Cū perditissimis quoq; de minimis rebus deceptare: pannosusq; & squalidus incedere: risū libentius præbere q̄ captare: in macello perstare: quæ emere non poterat: oculis deuorare: apud ædiles aduersus lenones iurgari: omniaq; ita facere: ut contemnendus magisq; metuendus uideret. Nouissime se ludi magistrꝛ professus pueros in triuio docebat: ut aut a timentibus semper in publico uideret̄: aut a non timentibus facilius contemneretur. Nam licet tyrannicis uitis semper abundaret: tamen simulatio hæc uitioꝛ non naturæ erat: magisq; hæc arte q̄ amisso regali pudore faciebat: expertus q̄ inuisa tyrannorꝛ forent

etiam sine opibus nomina. Laborat itaq; inuidiam præteritoræ contemptu præsentium demere neq; honesta sed tuta consilia circûspiciebat. Inter has tamen dissimulationû artes ter insimulatus est affectatæ tyrannidis: nec aliter q̄ dū contemnit: liberatus est. Inter hæc carthagenes tanto successu rege Alaxâdri magni exterriti. Verentes ne persico regno & africâ uell& ad iungere: mittunt ad speculandos eius animos Hamilcharem cognomento Rhodanû uirum solertia facundiæq; præter cæteros insignem. Augebant enim metum & tyrus urbs auctor originis suæ capta: & Alexandria æmula Carthagenis in terminis africæ & ægypti condita: & felicitas regis: apud quem nec cupiditas nec fortuna ullo modo terminabant. Igitur Hamilchar per Parmenionem aditu regis obtento profugisse se ad regem expulsû patria fingit: militemq; se expeditionis offert: Atq; ita consiliis eius exploratis in tabellis ligneis desuper cæra uacua inducta ciuibus suis omnia perscribebat. Sed carthagenes post mortem regis reuersû in patriâ quasi urbem regi uedicasset: nō ingrato tantû uegetiam & crudeli animo necauerunt.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XXII.

Agathocles siciliæ tyrannus: qui magnitudini prioris Dionysii successit ad regni maiestatem ex humili & sordido genere peruenit. Quippe in sicilia patre figulo natus: non honestiorem pueritiam q̄ principia originis habuit. Siquidem forma & corporis pulchritudine egregius: diu uitam stupri patientia exhibuit. Annos deinde pubertatis egressus libidinē a uiris ad scæminas transtulit. Post hæc apud utrumq; sexum famosus uitam latrocinii mutauit. Interiecto tempore: cum syracusas concessisset: accitusq; in ciuitatem inter incolas esset: diu sine fide fuit: quoniam nec in fortunis quod amitteret: ne in uerecundia: quod inquinaret habere uidebatur. In summa gregatim militiam fortitus non minus tunc seditiosa q̄ antea turpi uita in omne facinus promptissimus erat. Nam & manu strenuus & in contionibus perfacundus habebatur. Breui itaq; centurio ac deinceps tribunus militum factus est. Primo bello aduersus ætneos magna experimenta suis syracusanis dedit. Sequenti campanoræ tantam de se spem omnibus fecit: ut in locum de mortui ducis damascenis sufficeretur. Cuius uxorem adulterio cognitam post mortem uiri in matrimonium recepit. Nec contentus q̄ ex iope repente diues factus esset: Piraticam aduersus patriam exercuit: saluti ei fuit: quod socii capti tortiq; de illo negauerunt: bis occupare imperium syracusarum uoluit: bis in exilium actus est. A murgantinis apud quos exulabat odio syracusanorum primo prætor mox dux creatur: in eo bello & urbem leontinorum capit: & urbem syracusas obsidere coepit: ad cuius auxilium Hamilchar dux pœnorum imploratus depositis hostilibus odiis præsidia militum mittit. Ita uno eodem tempore syracusæ & ab hoste ciuili amore defensæ: & a ciue hostili odio impugnatae sunt. Sed Agathocles cum uideret fortius defendi urbem q̄ expugnari precibus per internuncium Hamilcharē exorat: ut inter se & syracusanos pacis arbitria suscipiat: peculiaria in ipsum officia sui reprobmittens: qua spe impletus Hamilchar societatem cum eo metu potentiae eius iungit: ut quantum uirium Agathocli aduersus syracusanos dedisset: tantum ipse ad incrementa domesticæ potentiae recuperaret: Igitur non pax tantum Agathocli conciliarur: uerumetiam prætor syracusis constituitur. Tunc Hamilchari expositis ignibus cæreis tactisq; in obsequia pœnoræ iurat. Deinde acceptis ab eo quinque milibus afrore potentissimos quosq; ex principibus interficit: atq; ita ueluti reip. statum formaturus populum in theatrum ad contionem uocari iubet. contracto in gymnasio senatu: quasi quædam prius ordinaturus. Sic compositis rebus immisis militibus populum obsidet: senatum trucidat: cuius peracta cæde ex plebe locupletissimos & peritissimos quosq; interficit. his ita gestis militem legit: exercitumq; conscribit: quo instructus finitimas ciuitates nihil hostile metuentes ex improviso aggreditur. Pœnoræ quoq; socios permittente Hamilchare foede iniuriis uexat. Propter quod querelas carthaginem socii nō tam de Agathocle q̄ de Hamilchare detulerunt: hunc ut dominum & tyrannum: illum ut perditorem arguentes: a quo infestissimo hosti fortunæ sociorum interposita pactione donatae sint: cui ab initio syracusæ in pignus societatis sint traditæ urbs semper pœnis infesta: & de imperio siciliæ carthagenis æmula: nunc insuper ciuitates sociorum eidem pacis titulo traditæ sint. Denunciare igitur se hæc breui ad ipsos redundatura ac propediem sensuros: quantum mali non siciliæ magis q̄ ipsi africæ attulerint. His querelis senatus in Hamilcharem accenditur. Sed quoniam in imperio esset: tacita de eo suffragia tulerunt: & sententias prius q̄ recitarent

in urnam coniectas obfignari iusserunt: donec alter Hamilchar Gisgonis filius a sicilia reuerteretur. Sed hæc callida cōmenta poenoz & sententias inauditas mors Hamilcharis præuenit liberatusq; est fati munere: quem sui per iniuriam ciues inauditam damnauerant. Quæ res Agathocli aduersus poenos occasionem mouadi belli dedit. Prima igitur illi cum Hamilchare Gisgonis filio prælii congressio fuit: a quo uictos maiori mole recuperaturus bellū syracusas concessit. Sed secundi certaminis eadem fortuna quæ & prioris fuit. Cum igitur uictores poeni syracusas obsidione cinxissent. Agathoclesq; se nec uiribus parem neq; ad obsidionem ferendam instructum uideret: super hæc a sociis crudelitate eius offensis desertus esset: statuit bellū in africam transferre: mira prorsus audacia: ut quibus in solo urbis suæ par non erat: eoz urbi bellum inferret: & qui sua tueri non poterat: impugnaret aliena: uictusq; uictoribus insultaret. Huius consilii non minus admirabile silentium q̄ cōmentū fuit: populo hoc solū professus inuenisse se uictoriæ uiam. Animos illi tantum in breuem obsidionis patientiam firmaret uel si cui status præsentis fortunæ displiceret dare se ei discedendi liberam potestatem. Cum mille sexcenti discessissent: cæteros ad obsidionis necessitatem frumento & stipendio instruit. tantū secū talēta ad præsentem usū affert: cætera ex hoste melius q̄ ex sociis paraturus. Omnes deinde seruos militaris ætatis libertate donatos sacramento adegit: eosq; & maiore pariter ferme militū nauibus imponit ratus ex æquata utriusq; ordinis conditione mutuam in tur imperii anno comitibus duobus adultis filiis Arregatho & Heraclida nullo militū sciente quo ueheretur cursū in africam dirigit. Cū omnes aut in italiam prædatū se: aut in sardiniam ituros crederent: tū primo exposito in africæ littore exercitu consiliū suū oibus aperit. Quo in loco syracusæ positæ sint: ostendit: quibus aliud nullū auxiliū superesset: q̄ ut hostibus faciant: quæ ipsi paterent: quippe aliter domi: aliter foris bella tractari. Domi ea sola auxilia esse: quæ patriæ uires subministrant: foris hostem etiā suis uiribus uinci: deficientibus sociis & odio diuturni imperii externa auxilia circūspicientibus: huc accedere: q; urbes castellaq; africæ non muris cinctæ: non in montibus positæ sint: sed in planis campis sine ullis munimentis iaceant: quas omnes metu excidii facile ad belli societatem perducere posse. Maius igitur Carthaginensibus ex ipsa africa q̄ ex sicilia exarsuz bellū: coituraq; auxilia omniū aduersus unā urbem nomine: q̄ opibus ampliore: & quas non attulerit uires idem sumptuz. Nec in repentino poenoz metu modicum momentū uictoriæ fore: qui tanta audacia hostiū perculsi trepidaturi sunt: accessura & uillage incendia: castelloz urbiūq; contumaciū direptionem: tunc ipsi us carthaginis obsidionem: quibus omnibus non sibi tantū in alios sed & aliis in se sentirent patere bella. His non solum poenos uinci: sed & siciliam liberari posse. Nec enim moraturos in eius obsidione hostes cū sua urgeantur: nusq; igitur alibi facilius bellum: sed nec prædā uberiorem inueniri posse. Nam capta carthagine omnem Africam siciliamq; premiū uictoz fore. Gloriam certe tam honestæ militiæ tantam in omne æuum futuram: ut determinari nullo tempore obliuionis possit. Ut dicatur eos solos mortalium esse: qui bella quæ domi ferre nō poterant: ad hostes transtulerint: ultroq; uictores insecuti sint: & obsesores urbis suæ obsederint. Omnibus igitur forti ac læto animo bellū ineundū: quo nullū aliud possit aut premium uictoribus uberior: aut uictis: monumentū illustrius dare. His quidem adhortationibus animi militum erigebantur. Sed terrebat eos portenti uisio: q; nauigantibus eis sol defecerat. Cuius rei rationem non minore cura rex q̄ belli reddebat affirmans si prius q̄ proficiscerentur: factū esset: credi aduersum profecturos prodigium esse: nuncq; egressis acciderit: illis ad quos eatur portendere. Porro defectus naturalium syderum semper præsentem rerum statum mutare: certumq; esse florentibus carthaginensium opibus aduersisq; rebus suis commutationē significari. Sic consolatis militibus uniuersas naues consentiente exercitu incendi iubet: ut omnes scirēt auxiliū fugæ ablato aut uincendum aut moriendum esse. Deinde cum omnia quæcunq; ingredirentur: prosternerent: uillas castellaq; incenderent: obuius his fuit cum. xxx. milibus poenorum Hanno dux: & prælio commisso duo de siculis: tria milia de poenis cum ipso duce cecidere. Hac uictoria & siculorum animi eriguntur & poenorum franguntur. Agathocles uictis hostibus urbes castellaq; expugnat: prædas ingentes agit: hostium multa milia trucidat: castra deinde in quinto lapide a carthagine statuit: ut dāna carissimaz rez uastitatēq; agroꝝ & icēdia uillage de muris ipsius urbis specularent. Interea igens tota africa deleri poenoz exercitus fama occupataq; urbiū diuulgat. Stupor itaq; oīs & admiratio icellit: uide & tāto ipio tā subitū bellū præserti ab hoste iā uicto: admiratio deide paulatim i contemptū poe-

norum uertit. Nec multo post nō africa tantum: ueg̃ etiam urbes nobilissimæ nouitatem se
 cutæ ad Agathoclem defecere: frumentoq; & stipendio uictorē extruxere. his pœnog̃ malis
 etiam delerus in Sicilia cū imperatore exercitus uelut qdam ærūnæq; cumulus accessit. Nam
 post p̃fectionem a Sicilia Agathoclis in obsidione syracusæ pœni legniores redditi ab Antã
 dro fratre regis Agathoclis occasione cæsi nūciabant. Itaq; cum domi forisq; eadem fortuna
 carthagenensium esset: iam non tributariæ tantum ab his urbes ueg̃ etiam focii reges deficie
 bant: amicitiaq; iura non fide sed successu ponderantes. Erat inter cæteros rex cyrenæ. Offe
 las: q; spe improba regnū totius africæ amplexus societatem cū Agathocle p̃ legatos iunxerat:
 pactusq; cū eo fuerat: ut Sicilia illi sibi africæ imperiū uictis carthagenēsis cederet. Itaq; cū
 ad belli societatem cū ingenti exercitu ipse uenisset. Agathocles blando alloq; & humili adu
 latione cū sapius simul cœnassent: adoptatus q̃a filius eius ab Offela esset: incautū eū interfe
 cit: occupatoq; exercitu eius iterato carthagenenses omnibus uiribus bellum cientes magno
 utriusq; exercitus sanguine graui p̃lio superat. hoc certaminis discrimine tanta desperatio illa
 ta pœnis est: ut nisi in exercitu Agathoclis orta seditio esset: transiturus ad eū Bomilchar dux
 pœnog̃ cū exercitu fuerit. Ob quam noxā in medio foro a pœnis patibulo suffixus est: ut idē
 locus monumentum supplicioq; eius esset: q; ornamentū ante fuerat honog̃. Sed Bomilchar
 magno animo crudelitate ciuiū tulit: adeo ut de summa cruce ueluti de tribunali in pœnog̃
 scelera concionaret: obiectans illis nūc Hānonem falsa affectati regni inuidia circūuentū: nūc
 Giskonis innocentis exiliū: nūc in Hamilcharem patruū suum tacita suffragia: q; Agathocle
 sociū illis facere q̃ hostem maluerit. Hæc cū in maxima populi concione uociferatus esset: ex
 pirauit. Interea Agathocles p̃ligatis in Africa rebus tradito Archagatho filio exercitu in Sici
 liam recurrit. Nihil actū in africa existimans: si amplius syracusæ obsiderent. Nam post occi
 sum Hamilcharem Giskonis filiū nouus eo a pœnis missus exercitus fuerat. Statim igit̃ pri
 mo aduentu eius omnes siciliæ urbes auditis rebus: quas in africa gesserat: certatim se ei
 tradūt: atq; ita pulsas e Sicilia pœnis totius insulæ imperiū occupauit. In africa deinde reuersus:
 seditione militū excipit. Nam stipendioq; solutio in aduentu patris dilata a filio fuerat. Igitur
 ad concionem uocatos blandis uerbis permulsi: stipendia illis non a se flagitanda esse sed ab
 hoste quærenda: cōmunem uictoriani: cōmunem p̃dam futuram. Paululū modo anniterent:
 dū belli reliq; peragunt: cum sciant carthaginem captā spes omniū expleturam. Sedato mili
 tãri tumultu interiectis diebus ad castra hostiū exercitum ducit. Ibi in consultius p̃liū cōmit
 tendo maiorem partem exercitus perdidit. Cū itaq; in castra fugisset: uersamq; in se inuidiam
 temere cōmissi belli uideret: pristinaq; offensam non depensū stipendii metueret: cōcubia no
 cte solus a castris cū Archagatho filio p̃fugit. quod ubi milites cognouere: haud secus q̃ si ab
 hoste capti essent: trepidauere. Bis se a rege suo in mediis hostibus relictos esse p̃clamantes: sa
 lutēq; suā desertam ab eo esse: quog̃ ne sepultura qdem relinquēda fuerat: cum perseq; regem
 uellent a numidis excepti i castra reuertunt̃ comphenso tamē Archagatho: q; a patre noctis er
 rore discesserat. Agathocles aut̃ nauibus qbus fuerat a sicilia regressus: cū custodibus earūde
 syracusas deserē. Exemplū flagitii singulare: rex exercitus sui desertor: filiorūq; pater p̃ditor.
 Interim in Africa post fugam regis milites pactione cū hostibus facta interfectis Agathoclis
 filiis carthagenensibus se tradidere. Archagathus cū occiderē ab Arcesilao amico Antipatris:
 rogauit eū: qdnā liberis eius factūq; Agathocle putet: per quem ipse liberis careat. Tūc respon
 dit: satis habere se: q; sup̃stitēs eos esse Agathoclis liberis sciat. Post hæc pœni ad p̃sequendas
 belli reliquias duces in siciliā miserunt: cū quibus Agathocles pacē æqs conditionibus fecit

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXIII.

Agathocles rex Siciliæ pacificatus cum carthagenensibus partem ciuitatum
 a se fiducia uiriū dissidentem armis subegit. Deinde quasi angustis insulæ
 terminis clauderet: cuius imperii partē primis incrementis ne sperauerat q
 de in italiā trāscēdit: exēplū Dionysii secutus: q; multas ciuitates italiæ sube
 gerat. Primi igit̃ hostes illi brutii fuere: q; & fortissimi & opulētissimi uide
 bantur: simul & ad iniurias uicinatorum prompti. Nam multas ciuitates græ
 ci nominis italiæ expulerant. Auētores quoq; suos lucanos bello uicerant: & pacem cum his
 æquis legibus fecerant. Tanta feritas animog̃ erat: ut nec origini suæ parcerent. Namq; lucani
 iisdem legibus liberos suos: qbus & spartani instituere soliti erāt. Quippe ab initio pubertatis
 in siluis iter pastores habebant sine misterio seruili: sine ueste quam iduerēt: uel cui icubarēt:

ut a primis annis duritiæ p̄simoniæq; sine ullo usu urbis assueſcerent. Cibus his p̄da uenatica potus mellis & lactis & fontium liquor erat. Sic ad labores bellicos indurabatur. Hoz igitur ex numero. L. primo ex agris finitimoz p̄dari soliti: cōfluente deinde multitudine sollicitati p̄da cum plures facti essent: infestas regiones reddebant. Itaq; fatigatus quærelis sociorum Dionysius siciliæ tyrānus sexcentos afros ad compescēdos eos miserat: quorum castellum p̄ditū sibi p̄ Brutiam mulierem expugnarunt: ibiq; ciuitatem cōcurrentibus ad opinionem nouæ urbis pastoribus statuerunt. Brutiosq; se ex nomie mulieris uocauerunt. Primū illis cum Lucanis originis suæ auctoribus bellum fuit. Qua uictoria erecti cum pacē æquo iure fecissent: ceteros finitimos armis subegerunt: tantaq; opes in breui cōsecuti sunt: ut perniciosi etiam regibus haberentur. deniq; Alexāder rex epiro cum in auxilium græcarum ciuitatum cum magno exercitu in italiam uenisset: cum omnibus copiis ab his deletus est. Quare feritas eorum successu felicitatis incēsa diu terribilis finitimis fuit. Ad postremum imploratus Agathocles spe ampliādi regni a sicilia i Italiam traiecit. P̄cipio aduentus opinionis eius concussit legatos ad eum societatem amicitiaq; petētes miserunt. Quos agathocles ad cœnam iuitatos ne exercitu traici uiderent: in posterum statuta his die cōcēsis nauibus frustratus ē. Sed fraudis haud lætus euentus fuit. Siquidem reuerti eum in siciliam interiectis paucis diebus uis morbi coegit: quo toto corpore comprehensus p̄ omnes neruos articulosq; humore pestifero crassate uelut itestino singuloz membrorum bello impugnabatur. Ex qua desperatiōe bellum inter filium nepotēq; ortum eius regnum iam quasi mortui uindictantibus: occiso filio regnum nepos occupauit. Igitur Agathocles cum morbi cura & ægritudo grauiores essent: & inter se & alterum: alterius malo cresceret: desperatis rebus uxorem suam Theogenam genitosq; ex ea duos paruulos cū omni pecunia & familia regaliqui instrumento: quo præter illum nemo regum ditior fuit: nauibus impositos ægyptum: unde uxorem acceperat: remittit: timens ne Pædonem regni sui hostem paterent: q̄q; uxor diu ne ab ægro diuelleret: deprecata est: ne discessus suus adiungi nepotis parricidio posset: & tam cruenta hæc deseruisse uis: q̄ ille impugnasse auum uideret: nubendo se non p̄sperare tantū: sed omnis fortunæ inisse societatem: nec in uitam periculo spiritus sui empturam: ut extremos uiri spiritus exciperet: & exequiaz officium: in quod p̄fecta se nemo sit successurus obsequio debitæ pietatis impleret. Discedentes paruuli flebili ululatu amplexi patrem tenebant. Ex altera parte uxor maritum nō amplius uisura osculis fatigabat. Nec minus senis lachrymæ miserabiles erant. Flebant i morientem patrem: ille exules liberos. Hi discessu suo solitudinem patris senis ægri: ille in spē regni suscepto relinq; in egestate lugebat. Inter hæc regia omnis assistentiū fletibus tam crudelis dissidiū impleta. Tandē lachrymis finem necessitas p̄fectionis imposuit: & mors regis p̄ficiscentes filios secuta est. Dum hæc agunt carthaginenses cognitis quæ in sicilia agebant: occasionem totius insulæ occupandæ datam sibi existimantes magnis uiribus eo traiciunt: multasq; ciuitates subigunt. Eo tempore & Pyrrhus aduersus romanos bellū gerebat: qui imploratus a siculis in auxiliū sicut dictū est: cum syracusas uenisset: multasq; ciuitates subegisset: rex siciliæ sicut Epiro appellabat. Quare regis felicitate lætatus Heleno filio Siciliæ uelut auitū (nam susceptus ex filia Agathoclis regis erat) Alexandro autē italix regnū destinat. Post hæc multa secūda p̄lia cum carthaginensibus facit. Interiecto deinde tempore legati ab Italicis sociis uenere nunciantes romans resisti nō posse: deditiōeq; futuram: nisi subueniat. Anxius tam ambiguo periculo incertusq; quid ageret: uel qbus primum subueniret: in utrūq; pronus consultabat. Quippe instantibus hinc Carthaginensibus inde Romanis periculosum uidebat exercitum in Italiam non traicere: periculosius a sicilia deducere: ne aut illi non lata ope: aut ii deserti amitterent. In hoc æstu periculoz tutissimus portus consilioz uisus est: omnibus uiribus decernere in sicilia: & profligatis Carthaginensibus uictorem exercitum transponere in italiam. Itaq; conferto prælio cum superior fuisset: quoniam tamen a Sicilia abiret: & pro uicto fugere uisus est: ac propterea socii ab eo defecerunt: & imperium Siciliæ tam cito amisit: q̄ facile quæsierat. Sed nec in italia meliore felicitate usus in Epirum reuertitur. Admirabilis utriusq; rei casus in exemplum fuit. Nam sicut ante secunda fortuna rebus supra uota fluentibus italix Siciliæq; imperium: & tot de Romanis uictorias attraxerat: ita nunc aduersa uelut in ostentationem fragilitatis humanæ destruens: quæ cumulauerat Siciliensi ruinæ naufragium maris & foedam aduersus Romanos pugna turpēq; ab italia discessum adiecit. Post profectionem a sicilia Pyrrhi magistratus Hiero creat: cuius tāta moderatio fuit: ut cōsētiēte oīum ciuitatū fauorē dux aduersus Carthaginenses primū: mox rex crearet. Huius futuræ maiestatis ip̄a infantilis educatio quasi prenun-

cia fuit. Quippe genitus erat patre Hieroclyto nobili viro: cuius origo a Gelo antiquo Siciliae tyranno manabat: sed maternū illi genus sordidū atq; admodū pudibūdū fuit. Nam ex ancilla natus ac poterea a patre uelut dehonestamentū generis expositus fuerat. Sed paruulū & humanae opis indigentem apes congesto circa iacentem melle multis diebus aluere. Ob quā rē responso aruspiciū admonitus pater: qui regnum infanti portendi caneant: paruulū recolegit omniq; studio ad spem maiestatis: quā pmittebat: instituit. Idem i ludo inter coequales discreti lupus tabulam in turbam puerorū repente conspectus eripuit: adolescenti quoq; prima bella ineunti aquila in clipeo: noctua in hasta consedit. Quod ostentum & in consilio cautum & manu promptū regē futurę significabat. Deiq; aduersus prouocatores saepe pugnavit: sempq; uictoriam reportauit. A Pyrrho rege multis militaribus donis donatus est. pulchritudo ei corporis insignis: uires quoq; in homine admirabiles fuere. In alloquio blandus: in negotio iustus in imperio moderatus erat: prorsus ut nihil ei regiū deesse uideretur præter regnum.

IVSTINI HISTORICI LIBER XXIII

QUVM hæc in sicilia gerunt: interim in græcia dissidentibus iter se bello Ptolemæo Ceraunico & Antiocho & Antigono regibus: omnes ferme græciæ ciuitates ducibus spartanis uelut occasione data ad spem libertatis erectæ missis inuicem legatis per quos in societatis foedera alligarentur: in bellum prorūpuit: & ne cum Antigono sub cuius bello erant: bellū cepisse uiderent: socios eius ætolos aggrediunt: causas belli p̄tendentes: quod cōsensu græciæ sacratū Apollini cirrhæū campū per uim occupassent. Huic bello ducem eligūt Aranq; adunato exercitu urbes saraq; in his campis posita depopulant: q̄ auferri non poterant: incendit. Quod. cū e montibus conspicati ætolorū pastores essent: congregati admodū q̄ngenti sparsos hostes ignorantes quanta manus esset: quoniam conspectū illis metus & incendiōz fumus abstulerat: consectant: trucidatiscq; admodū nouem milibus: prædones in fugam uerterūt. Reparantibus deinde spartanis bellū auxiliū multæ ciuitates negauerūt: existimantes dominationem eos græciæ non libertatem quærere. iterea inter reges bellum finit. Nam Ptolemæus pulso Antigono cū regnum totius macedoniæ occupasset: pacē cū Antiocho facit: affinitatēq; cū Pyrrho: data ei in matrimoniū filia sua iūgit. Exinde externo metu deposito impium & facinorosum animū ad domestica scelera conuertit: insidiasq; Arsinoe sororis suæ instruit: qbus & filios eius uita & ipsam Cassandræ urbis possessione priuaret. Primus ei dolus fuit simulato amore sororem in matrimoniū petere. Aliter enim ad sororis filios: quorū regnū occupauerat q̄ concordia fraude peruenire non poterat. Sed nota scelera Ptolemæi uoluntas sorori erat. Itaq; nō credenti mandat uelle se cū filiis eius regni cōsortiū iūgere: cū qbus non ideo se armis contēdisse: quoniam eripere his regnū: sed quod id facere sui muneris uellet: in hoc mitteret arbitriū iurisiurandi: quo p̄sente apud deos patrios qbus uellet obsecrationibus se obligaret. Interea Arsinoe qd ageret: si mitteret decipi periurio. si nō mitteret puocare rabiē fraternæ crudelitatis timebat. Itaq; plus liberis q̄ sibi timens: quos matrimonio suo p̄tecturam se arbitrabat: mittit ex amicis suis Dionem quo perducto in sanctissimū iouis templum ueterrime macedonū religionis Ptolemæus sumptis in manus altaribus contingēs ipsa simulachra & puluinaria deorū inauditis ultimisq; execratiōibus adiurat se sin certa fide matrimoniū sororis petere. nuncupaturumq; se eam reginam: neq; in contumeliam eius se aliam uxorem aliosue q̄ filios eius liberos habiturū. Arsinoe postea q̄ & spe impleta est: & metu soluta ipsa cum fratre colloquitur: cuius uultus & blandientes oculi cum fidem non minorem q̄ iurandum promitterent: reclamante Ptolemæo filio fraudem subesse in matrimonium fratris consensit. Nuptiæ magno apparatu læticiaq; omnium celebrantur. ad concionem quoq; uocato exercitu capiti sororis diadema imponit: reginamq; eam appellat. Quo nomine in lætitiā effusa Arsinoe quia quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat: recepisset: ultro uirum in urbem suam Cassandram inuitat: cuius urbis cupiditate fraus struebat. Progressā igit̄ uigē diē festū urbi in aduētū eius indicit: domos tēpla cæteraq; oīa exornari iubet: aras ubiq; hostiasq; disponi: filios quoq; suos Lysimachū sedeci ānos natū Philippū triennio minorē utrūq; forma isignē coronatos occurrere iubet. Quos Ptolemæus ad celandam fraudem cupide & ultra modum ueræ affectionis āplexus osculis diu fatigat. Vbi ad portā uentum est: occupari arcem iubet: pueros interfici. Qui cū ad matrem cōfugissent: i gremio eius

inter ipsa oscula trucidant. Proclamante Arsinoe: quod tantum nefas: aut nubendo aut post nuptias contraxisset: pro filiis se saepe percussoribus obtulit. Frequenter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit: uulneraque excipere: quam liberis intendebant: uoluit. Ad postremum spoliata etiam funeribus filiorum: scissa ueste & crinibus sparsis cum duobus seruulis ex urbe praeracta samothracia in exilium abiit eo miserius: quod mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemaeus inulta scelera fuerunt. Quippe diis immortalibus tot periuria & tam cruenta parricidia uindictantibus: breui post a gallis spoliatus regno captusque uitam ferro: ut meruerat: amisit. namque galli abundantiam multitudine cum eos non caperent terrarum: quae genuerant: trecenta milia hominum ad sedes nouas quaerendas uelut peregrinatum miserunt. Ex iis portio in italia confedit: quae & urbem romam captam incendit: & portio illyricos sinus ducibus auibus (nam augurandi studio galli praeter ceteros callent) per strages barbarorum penetrauit: & in pannonia confedit: gens aspera: audax: bellicosa: quam prima post Herculem: cui ea res uirtutis admirationem & immortalitatis fidem dedit: alpiu inuicta iuga & frigore intractabilia loca transcendit. Ibi domitis pannoniis per multos annos cum finitimis uaria bella gesserunt. Hortante deinde successu diuisis agminibus alii graeciam: alii macedoniam omnia ferro prosternentes perierunt: tantusque terror gallici nominis erat: ut etiam reges non lacessiti ultro pacem ingenti pecunia mercarent. solus rex macedoniae Ptolemaeus aduentum gallogrum intrepidus audiuit: iisque cum paucis & incoppositis quasi bella non difficilius quam scelera patrarent parricidiorum furis agitated occurrit: dardanorum quoque legationem uiginti milia armatorum in auxilium offerentem spreuit: addita insuper contumelia actum de macedonia dicens: si cum torum orientem soli domuerint: nunc in uindictam finium dardanis egeant. milites se habere filios eorum: qui sub Alexandro rege stipendia toto orbe terrarum uictores fecerint. quae ubi Dardano regi nunciata sunt inclytum illud macedoniae regnum breui imaturi iuuenis temeritate casum dixit. Igitur Galli duce Belgio ad tentandos macedonum animos legatos ad Ptolemaeum mittunt: offerentes pacem si emere uelit. Sed Ptolemaeus inter suos belli metu pacem Gallos petere gloriatus est: nec minus ferociter se legatis quam iter amicos iactauit. Aliter se pacem datum negando nisi principes suos obsides dederint: & arma tradiderint. non enim fide se nisi inermibus habitum. Renunciata legatione risere galli undique acclamantes breui sensum sibi an illi consulentes pacem obtulerint. Interiectis diebus plium conseruit. Victi macedones cadunt. Ptolemaeus multis uulneribus faucibus capite: caput eius amputat: & lancea fixum tota acie ad terrorem hostium circumferit. Paucos ex macedonibus fuga seruauit: ceteri aut capti: aut occisi. Haec cum nunciata per omnem macedoniam essent: portae urbium clauduntur: luctu omnia replentur: nunc orbitatem amissorum filiorum dolebant: nunc excidia urbium metuebant: nunc Alexandri Philippique regum suorum nomina sicuti numina in auxilium uocabant. sub illis se non solum tutos: uerum etiam uictores orbis terrarum extitisse. Ut tuerent patriam suam: qua gloria regum gestarum caelo proximam reddidissent: ut opem afflictis ferrent: quos furor & temeritas Ptolemaei regis perdiderat: orabant. Desperantibus omnibus non uotis agendum Sosthenes unus de macedonum principibus ratus contracta iuuentute & gallos exultantes uictoria compescuit: & macedoniam ab hostili depopulatione defendit: ob quam uirtutis beneficia multis nobilibus regnum macedoniae affectantibus ignobilis ipse praepositus: & cum rex ab exercitu appellatus esset: ipse non in regis sed in ducis nomen iurare milites coegit. Interea Brenus: quo duce portio gallogrum in graeciam se effuderat: audita uictoria suorum: qui Belgio duce macedones uicerant: indignatus parta uictoria tam optimam praedam & orientis spoliis onustam tam facile relictam esse: ipse aduatis. CL. milibus peditum & xv. milibus equitum in macedoniam irrupit. Cum agros uillasque popularent: occurrit ei cum instructo exercitu macedonum Sosthenes: sed pauci a pluribus: trepidi a ualentibus facile uincunt. Itaque cum uicti se macedones intra muros urbium condidissent: uictor Brenus nemine prohibente totius macedoniae agros depradatur. Inde quasi spolia sorderent: animum ad deorum immortalium templa conuertit: scurriliter iocatus: locupletes deos largiri hominibus oportere. Statim igitur delphos iter uertit praedam religionis aurum offensae deorum immortalium praeferentes: quos nullis opibus egere: ut qui eas largiri hominibus soleant: affirmabat. Templum autem Apollinis delphis positum est in monte parnaso in rupe. uicique impendente: ibi ciuitatem frequentia hominum facit. Qui ad affirmationem maiestatis uicique concurrentes in eo saxo confedere. Atque ita templum ciuitatemque non muri sed praecipitia: nec manu facta sed naturalia praesidia defendunt. prorsus ut incertum sit utrum munimentum loci: an maiestas dei plus hic admirationis habeat: media saxi rupes in formam theatri recessit. Quamobrem & hominum clamor & si quando accidit tubarum sonus personantibus & reso-

nantibus inter se rupibus & multiplex audiri ampliorq; q̄ edit̄ resonare solet. Quæ res maiorem maiestatis terrorem ignaris rei admirationem stupentibus plærūq; affert. In hoc rupis an fractu media ferme montis altitudine planicies exigua est: atq; in ea pfundū terræ foramen: quod in oracula patet. Ex quo frigidus spiritus in quodam uelut uento in sublime expulsus mentes uatū in uæcordiam uertit: impletaq; deo responsa consulentibus dare cogit. Multa igit̄ ibi & opulenta regū populorūq; uisunt munera: quæq; magnificentia sui reddentiū uota gratam uolūtatem & deorū responsa manifestant. Igitur Brennus cū ī conspectu haberet templum diu deliberauit: an cōfestim rem aggredere: an uero fessis uia militibus noctis spatium ad resumendas uires daret. Eurydanus & Thessalonus duces q; se ad prædæ societatem iūxerāt amputari moras iubent: dum imparati hostes & recens aduētus sui terrori esset. Interiecta nocte & animos hostibus forsitan & auxilia accessura: & uias quæ tunc pateant obstructum iri: Sed galloꝝ uulgus ex longa inopia ubi primū uino cæterisq; com meatibus referta rura inuenit: non minus abundantia q̄ uictoria lætum per agros se sparferat: desertisq; signis ad occupāda omnia pro uictoribus uagabantur: quæ res dilationem delphis dedit. Prima nāq; opinione aduentus galloꝝ prohibiti agrestes a græcis oraculis ferunt messes uinaq; uillis efferre: cuius rei salutare præceptū non prius intellectū est: q̄ uini cæterarūq; copiarū abūdantia uelut mora gallis abiecta auxilia finitimorū cōuenere. Prius itaq; urbem suam Delphi aucti uiribus sociorūq; permuniuere: q̄ galli uino uelut prædæ incubantes ad signa reuocarent. Habebat Brennus læta ex omni exercitu peditū. lxx. milia delphorū sociorūq; non nisi quattuor milia militum erant: quoꝝ contemptu Brennus ad acuēdos suoꝝ animos prædæ ubertatem omnibus ostendebat: statuasq; cum quadrigis: quæ ingens copia procul uisebat: solido auro fufas esse. Plusq; in pondere q̄ in specie in se habere prædæ affirmabat. Hac asseueratione uel animaduersione incitati galli simul & hesterni mero saucii sine respectu periculorū in bellū ruebant. Contra delphi plus in deo q̄ in uiribus spem ponentes cū contemptu hostium resistebant: scādentesq; gallos e summo montis uertice partim saxis partim armis obruebant. In hoc partiū certamine repente uniuersorū temploꝝ antistites simul & ipsi uates sparsis crinibus cū insignibus atq; infulis pauidi uæcordesue in primam pugnantium aciem procurrūt: aduenisse deū clamāt: eūq; se uidisse desilientem in templū per culminis aperta fastigia. Dum omnes opem dei suppliciter implorant: iuuenem supra humanū modū insignis pulchritudinis comitesque ei duas armatas uirgines ex propiuis duabus Dianæ Mineræq; ædibus occurrisse: nec oculis tantū hæc se perspexisse: sed audisse etiam stridorem arcus ac strepitum armorū. Proinde ne cūctarent diis antesignatis hostem cedere: & uictoriæ deorū socios se adiungere summis obsecrationibus monebant: quibus uocibus incensi omnes certatim in præliū prosiliūt. Præsentiam dei & ipsi statim sentire. Nam & terræ motu portio montis abrupta galloꝝ strauit exercitū: & confertissimi cunei non sine uulneribus hostiū dissipati ruebāt. Insecuta deinde tempestas est: quæ grandine & fulgore saucios & uulneribus absumpsit. Dux ipse Brennus cū dolorem uulnere ferre non posset: pugione uitam finiuit. Alter ex ducibus punitis belli auctori bus cū decem milibus sauciorū citato agmine a græcia excedit. Sed nec fortuna fugientibus commodior fuit. Siq; dem pauidis nulla sub tectis acta nox: nullus sine labore & periculo dies: assidui imbres & gelu nix concreta & fames & lassitudo: & super hæc maximū per uigiliæ malum miseras infelicis belli reliq;as obterebant. Gentes quoq; nationesq; per quas iter habebāt gaudentes uelut prædam uagos fugientes sectabant. Quo pacto euenit: ut nemo ex tanto exercitu: qui pauloante fiducia uirium etiam deos contēnebant: uelut ad memoriam tantæ cladis superesset.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXV :

INter duos reges Antigonū & Antiochum statuta pace: cū in macedoniam Antigonus reuertere: nouus eidem repente hostis exortus est. Quippe galli q; a Brenno duce cū in græciam proficiscerent: ad terminos gentis tuendos relictī fuerunt: ne soli desides uiderent: peditū. xy. milia: equitū tria milia armauerant: fugatisq; getarū tribalorūq; copiis macedoniæ imminētes legatos ad regē miserūt: q; pacē ei uenale offerrent: simul & regis castra specularēt: quos Antigonus p; regali mūficētia igēti apparatu epularū ad coenā iuitauit. Sed galli appositū grāde auri argētiq; pōdus admirātes: atq; pdæ ubertate sollicitati ifestiores q̄ uenerāt: reuertūt: q; bus & elephātes ad terrore uelut inuitatas barbaris formas rex ostēdi iusserat: na-

ues onustas copiis demonstrari: ignarus q̄ q̄bus ostentatione uirium metum se iniicere existi-
mabat: eorū animos ut ad opimam prædam sollicitabat. Itaq; legati ad suos reuersi: omnia in
maius extollentes opes pariter & negligentiam regis ostendunt: referta auro & argēto castra es-
se: & neq; uallo fossaue munita: & quasi satis munimenti in diuitiis haberent: itaq; eos omnia
officia militaria intermisisse. prorsus quasi ferri auxilio non indigerent: quoniam abundarent
auro. Hac relatione audæ gentis animi satis ad prædam incitabantur. Accedebat tum exēplū
Belgii: q̄ non magno ante tempore macedonum exercitum cum rege trucidauerat. Itaq; con-
sentientibus omnibus nocte castra regis aggrediuntur: q̄ p̄sentientes tantam tempestatem si-
gnum pridie dederant: ut omnibus rebus ablatis in proximam siluam taciti se occultaret. Ne
que aliter seruata castra: q̄ deserta sunt: siquidem galli: ubi omnia uacantia nec sine defensori-
bus modo: ueq; etiam sine custodibus uident: non fugam hostium sed dolum arbitrantur: diu
intrare portas timuerūt. Ad postremū integris & intactis munimentis scrutantes potius q̄ di-
ripientes castra occupauerūt. Tunc ablatis quæ inuenerant ad littus conuertuntur. Ibi dū na-
ues incautius diripiunt a remigibus & ab exercitus parte: quæ eo cum cōiugibus & liberis cō-
fugerant: nihil tale metuentes trucidantur: tantaq; cædes galloꝝ fuit: ut Antigono pacem hu-
ius uictoriæ opinio non a gallis tantum ueq; etiam a finitimorū feritate præstiterit: q̄q; gallo-
rum ea tempestate tantæ fœcūditatis iuuentus fuit: ut asiam omnem uelut examine aliquo i-
plerent. Deniq; neq; reges orientis sine mercenario galloꝝ exercitu ulla bella gesserint: neque
pulsū regno ad alios q̄ ad gallos confugerint. Tātus terror gallici nominis siue armorū inuicta
felicitas erat: ut aliter neq; maiestatem suam tutam: neq; amissam recuperare se posse sine gal-
lica uirtute arbitrarentur. Itaq; in auxilium a Bithyniæ rege uocati: regnū cum eo parta uicto-
ria diuiserunt: eamq; regionem gallogræciam cognominauerunt. Dum hæc in asia geruntur:
interim in sicilia Pyrrhus a pœnis nauali prælio uictus ab Antigono macedoniæ rege supple-
mentum militum per legatos petit: denūcians ni mittat redire se in regnum necesse habere: si-
crementa regū quæ de romanis uoluerit de ipso quæsiturū. Quod ubi negatum legati rettule-
runt: dissimulatis causis repentinam fingit p̄fectionem. Socios interim parare bellum iubet:
& arcis tarentinæ custodiam Heleno filio & amico Miloni tradit. Reuersus in Epiz: statim
fines macedoniæ inuadit: cui Antigonus cū exercitu occurrit: uictusq; p̄lio in fugam uertitur.
Atq; ita Pyrrhus macedoniam in deditiōne accepit: & ueluti damna amissæ siciliæ Italiæq; ac-
quisito macedoniæ regno pensasset: relictum Tarenti filiū: & amicū accersit. Antigonus autē
cum paucis equitibus fugæ comitibus repente fortunæ ornamentis destitutus: amissi regni
speculaturus euentus: thessalonicam se recepit: ut inde cum conducta galloꝝ mercenaria ma-
nu bellū repararet. Rursus a Ptolemæo Pyrrhi filio funditus uictus: cū septem comitibus fu-
giens non recuperandi regni spe: sed salutis latebras ac fugæ solitudines captat. Igitur Pyrrhus
in tanto fastigio regni collocatus: iam nec eo ad quod uotis perueniendum fuerat contentus
græciæ Asiæq; regna meditatur: neq; illi maior ex imperio q̄ ex bello uoluptas erat: nec quisq;
Pyrrhum qua tulisset impetum: sustinere ualuit: sed ut ad deuincenda regna inuictus habebat
ita deuictis acquisitisq; celeriter carebat. tanto melius studebat acquirere imperia q̄ retinere.
Itaq; cū copias Cherroneso transposuisset: legationibus Atheniensium & achiuorū messenio-
rūq; excipitur. Sed & græcia omnis admirationem nominis eius simul & regū aduersus roma-
nos pœnosq; gestarū attoniti aduentum eius spectabāt. Primū illi bellum aduersus spartanos
fuit. ubi maiore mulierū q̄ uiroꝝ uirtute excipitur. Tūc Ptolemæum filium & exercitus par-
tem robustissimam misit: quippe oppugnanti urbem ad tutelam patriæ tanta multitudo fœ-
minarū concurrat: ut non fortius uictus q̄ uerecūdus recederet. Porro Ptolemæum filiū eius
adeo strēnuū & manu fortem fuisse tradunt: ut urbem Corcyram cū sexagesimo ceperit: idē
prælio nauali triremem ex scapha cum septimo insiluerit: captāq; tenuerit. In opugnatiōe quo-
que spartanorū usq; in mediam urbem cum equo procurrerit: ibiq; concursu multitudinis in-
terfectus sit: cuius corpus ut relatum patri est dixisse Pyrrhū ferunt: aliquanto tardius eum q̄
timuerit ipse uel temeritas eius meruerit occisum esse. Repulsus a spartanis Pyrrhus argos pe-
tit: ibi dum Antigonū in urbe clausum expugnare conatur inter confertissimos uiolentissi-
me dimicans: saxo de muris iactato occidit: caput eius Antigono refertur: qui uictoria mitius
usus filiū eius Helemū cum epirotis sibi deditum in regnū dimisit: eiq; insepulti patris ossa i
patriam referenda tradidit. Satis constans inter omnes auctores fama est: nullum nec eius nec
superioris ætatis regem comparandū Pyrrho fuisse: raroq; inter reges tantū: ueq; etiam inter
illustres uiros aut uitæ sanctioris: aut iustitiæ p̄batoris uisum fuisse. Scientiam certe rei mili-

taris in illo uiro tantam fuisse: ut cū Lyfimacho Demetrio Antigono tātis regibus bella gesse rit: uictus semper extiterit. Illyrioz quoq; siculoz romanoz & Carthaginensiu bellis nunq; inferior: plerūq; etiam uictor extiterit: qui patriam certe suam angustam ignobilēq; fama rerū gesta & claritate nominis sui toto orbe illustrem reddiderit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXVI.

Post mortem Pyrrhi non in macedonia tātum uerum etiam i asia græciaq; magni bellorum motus fuere. Nam & Pelopōnensii per pditionem Antigonō sunt traditi: & uariante hominum partim dolore partim gaudio: prout singulæ ciuitates aut auxilium de Pyrrho sperauerant: aut metus sustinuerāt: ita aut cū Antigono societate iugebant: aut mutuis iter se odiis i bellū ruebāt. Inter hunc turbatarum puiciarum motum Epirorum quoq; urbs ab Aristotimo p̄cipe per tyrannidem occupatur: a quo cum multi ex primoribus occisi: plures in exilium acti essent: ætolis per legatos postulantibus ut coniuges liberosq; exulum redderet: primo negauit: postea quasi p̄citeret: p̄ficiscendi ad suos omnibus matronis potestātē dedit: diēq; p̄fectionis statuit. Illæ quasi in perpetuum cum uiris exulaturæ p̄ciosissima quæ que auferentes: cum ad portam quasi uno agmine p̄fecturæ conuenissent omnibus rebus expoliatæ in carcere recludunt: occisis prius in gremiis matrum paruulis liberis uirginibusq; ad stuprum direptis. Hanc tam sæuam dominationem stupentibus omnibus princeps eorum Helæmatus senex & liberis orbis: ut qui nec ætatis nec pignoz respectum timeret: conuocatos domi fidissimos amicorum in uindictam patriæ hortat cūctābus priuato periculo publicum finire: & deliberandi spatium postulantibus accersitis seruis iubet obserari fores: tyrānoq; nunciari mitteret: q; coniuratos apud se comprehendere: obiectans singulis se quia liberatæ patriæ auctor esse non possit desertæ ultorem futurū. Tunc illi ancipiti periculo circumuēti honestiorem uitam eligentes coniurant in tyranni necem: atq; ita Aristotimus quinto posteaq; tyrannidem occupauerat: mense opprimis. Interea Antigonus cum multiplici bello & Ptolemæi regis & spartanoz premeret nouusq; illi hostis gallogræciæ exercitus affluxisset i speciem castroz parua manu aduersus cæteros relicta aduersus gallos totis uiribus proficiscitur. Quibus cognitis galli cū & ipsi se p̄lio pararent in auspicia pugnæ hostias cædunt: quarum extis cum magna cædes interitusq; oīum p̄diceretur: non in timorem sed in furorem uersi: sperantesq; deoz minas expiari cæde suorum posse: coniuges & liberos suos trucidant: auspicia belli a parricidio incipientes. Tanta rabies feros animos inuaserat: ut non parcerent ætati: cui etiam hostes pepercissent: bellūq; interne ciuium & natalitium cum liberis liberorūq; matribus gererent: pro quibus bella suscipi solent. Ita quasi scelere uitam uictoriamq; reddemissent: sicut erant cruenti ex recenti suoz cæde in p̄lium non meliore euentu q̄ omine proficiscuntur. Siquidem pugnantes prius parricidiorum furia q̄ hostes circumuenit: obseruātibulq; ante oculos manibus interemptorum omnes occisione cæsi. Tanta strages fuit: ut dii pariter cum hominibus consensisse in excidium parricidarum uiderentur. Post huius pugnæ euentum Ptolemæus & spartani uictorem hostium exercitum declinantes in tutiora se recipiunt. Antigonus quoq; ubi eorum discessum uidet: recenti adhuc ex priori uictoria militū ardore bellum Atheniensibus infert: in quo cum occupatus esset: interim Alexander rex epiri uiscis mortem patris Pyrrhi cupiens fines macedoniæ depopulatur: aduersus quem cum reuersus a græcia Antigonus esset: transitione militum destitutus regnum macedoniæ cum exercitu amittit. Huius filius Demetrius puer admodum absente patre reparato exercitu non solum amissam macedoniam recepit: uerum etiam Epiri regno Alexandrum spoliat: tanta uel mobilitas militum: uel fortunæ uarietas erat: ut uicissim reges nunc exules nunc reges uiderentur. Igitur Alexander cum exul ad arcadas confugisset: nō minore Epirotarum desyderio q̄ sociorum auxilio in regnum restituitur. Per idem tempus rex cyrenarum Agas decedit: qui ante in firmitatem Beronicen unicam filiam ad finiendā cum Ptolemæo fratre certamina filio eius desponderat. Sed post mortem Antigoni regis mater uirginis Arsione ut inuita se cōtractum matrimonium solueret: misit: ad nuptias uirginis regnumq; cyrenarum Demetrium fratrem regis Antigoni a macedonia accerserent: qui & ipse ex filia Ptolemæi procreatus erat. Sed nec Demetrius moram fecit. Itaq; cum secundante uento celeriter cyrenas aduolasset: fiducia pulchritudinis: qua nimis placere socru coeperat: statim a principio superbus regiæ familiæ mili

tibusq; impotens erat: studiumq; placendi a uirgine in matrem contulerat: quæ res spectata primo uirgini deinde popularibus militibusq; inuisa fuit. Itaq; uersis omnium animis in Ptolemæi filium insidiæ Demetrio comparantur: qui cum in lectum focrus concessisset: percussores immittuntur. Sed Arsinoe audita uoce filia ad fores stantis & præcipientis: ut matri parcerent: adulterum paulisper corpore suo protexit. Quo interfecto Beronice & stupræ matris salua pietate ulta est: & in matrimonio sortiundo iudicium patris secuta.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXVII.



Ortuo Syriæ rege Antiocho cum in locum eius filius Seleucus successisset: hortante matre Laodice: quæ inhibere debuerat: auspicia regni a parricidio cepit: Quippe Beronice nouercam suam sororem Ptolemæi regis ægypti cum paruulo fratre ex ea suscepto interfecit: quo facinore perpetrato & infamiae maculam subit: & Ptolemæi bello se implicuit. Porro Beronice cum ad se interficiendam missos didicisset: paternæ se clausit. Vbi quum obfideri eam cum paruulo filio nunciatum ciuitatibus Asiæ esset: recordatione paternæ maiorisq; dignitatis eius & casum tam indignæ fortunæ miseratè auxilia ei oēs misere. frater quoq; Ptolemæus periculo sororis excitus relicto regno cum omnibus uiribus aduolat. Sed Beronice ante aduentum auxiliorum cum ui expugnari non posset: dolo circumuenta trucidat. Indigna res omnibus uisa. Itaq; cum uniuersæ ciuitates: quæ defecerant: ingentem classem comparassent: repente exemplo crudelitatis exterritæ simul & in ultionem eius: quam de sensuri erant: Ptolemæo se tradunt: quod nisi in ægyptum domestica seditione reuocatus esset: totum regnum Seleuci occupasset. Tantum uel illi odium parricidiale scelus: uel huic fauorem indignæ interemptæ mors sororis attulerat. Post discessum Ptolemæi Seleucus cum aduersus ciuitates: quæ defecerant: ingentem classem comparasset: repente ueluti diis ipsis parricidium uindictibus orta tempestate classem naufragio amittit: nec quicquam illi ex tanto apparatu præter nudum corpus & spiritum & paucos naufragii comites residuos fortuna fecit. Misera quidem res: sed optanda Seleuco fuit: siquidem ciuitates: quæ odio eius ad Ptolemæum transferant: uelut diis arbitris satisfactum sibi esset: repentina animorum mutatione in naufragii misericordiam uersæ imperio se eius restitunt. Lætus igitur malis suis & damnis ditior redditus uelut par uiribus bellum Ptolemæo infert. Sed quasi ad ludibrium tantum fortunæ natus esset: nec propter aliud opes regni recepisset: quam ut amitteret uictus prælio non multo quam post naufragium comitiorum trepidus in Antiochiam confugit. Inde ad Antiochum fratrem litteras fecit: quibus auxilium eius implorat: oblata ei Asia inter fines tauri montis in premium latae opis. Antiochus autem cum esset annos. xiiii. natus supra ætatem regni audus occasionem non tam pio animo quam offerebatur arripuit. Sed latronis more totum fratri eripere cupiens puer sceleratam uirilèq; sumit audaciam. Vnde hierax est cognominatus: quia non hominis sed accipitris ritu in alienis eripiendis uitam sectaretur. Interea Ptolemæus cum audisset regem Antiochum in auxilium Seleuco uenire: ne cum duobus uno tempore dimicaret: in annos decem cum Seleuco pacem facit: sed pax ab hoste data interpellat a fratre: qui conducto gallogrum mercenario exercitu pro auxilio bellum pro fratre hostem se imploratus exhibuit. In eo prælio uirtute gallogrum uictor quod dem Antiochus fuit: sed galli arbitantes Seleucum in prælio cecidisse in ipsum Antiochum arma uertunt: liberius depopulaturi Asiam si omnem stirpem regiam extirxissent. Quod ubi sensit Antiochus uelut a prædonibus auro se redemit: societatemq; cum mercenariis suis iungit. Interea rex Bithyniæ Eumenes sparsis consumptisq; fratribus bello intestinæ discordiæ quasi uagatam Asiæ possessionem inuasurus uictorem Antiochum gallosq; aggreditur: nec difficile saucios adhuc ex superiore congressione integer ipse uiribus superat. ea namque tempestate omnia bella in exitum Asiæ gerebantur: uti quisq; fortior fuisset: Asiam uelut prædam occupabat. Seleucus & Antiochus fratres bellum propter Asiam gerebant. Ptolemæus rex ægypti specie sororiæ ultionis Asiæ inhiabat. Hinc Bithynius Eumenes: inde galli humilior semper mercenarii manus Asiam depopulabant. Cum interea nemo defensor Asiæ inter tot prædones inueniebatur: uictor Antiocho cum Eumenes maiorem partem Asiæ occupassent: ne tunc quidem fratres perditio premio: propter quod bellum gerebant: concordare potuerunt. Sed omisso externo hoste in mutuam exitium bellum reparant. In eo Antiochus denuo uictus multorum dieum fuga fatigatus tandem ad socerum suum Artamenem regem cappadociæ prouehitur: a quo cum pri-

24
mum benigne susceptus esset interiectis diebus cognito q̄ sibi insidiæ pararent: salutem fuga
quæsiuit. Igitur cum profugo nusq̄ locus tutus esset: ad Ptolemæum hostem cuius fidem tu-
torem q̄ fratris existimabat: decurrit: memor uel quæ facturus fratri esset: uel quæ meruisset
a fratre. Sed Ptolemæus non tam amicus ei deditus q̄ hostis factus seruari eum arctissima cu-
stodia iubet. Hinc quoq; Antiochus opera cuiusdam meretricis adiutus: quam familiaris a-
gnouerat: deceptis custodibus labit: fugiensq; a latronibus interficit. Seleucus quoq; iisdem
ferme diebus amisso regno equo præcipitatus finit. sic fratres quasi & germanis calibus exu-
les ambo post regna scelez suoz pœnas luerunt.

TIIVSTINI HISTORICI LIBER. XXVIII.



Olympias Pyrrhi epirotæ regis filia amisso marito eodẽq; germão sive Ale-
xandro cum tutelam filioz ex eo susceptoz Pyrrhi & Ptolemæi regniq; ad-
ministrationem ipsa recepisset: ab ætolis partem acharnaniæ: quam in por-
tionem belli pater pupilloz acceperat: eripere uolentibus ad regem mace-
doniæ Demetrium decurrit: eiq; habenti uxorem Antiochi regis Syriæ so-
rorem filiam suam Phytiam in matrimonium tradidit: ut auxilium quod
misericordia non poterat iure cognationis obtineret. Fiunt igitur nuptiæ:
quibus & noui matrimonij gratia acquiritur: & ueteris offensa contrahitur. Nam prior uxor
uelut matrimonio pulsa sponte sua ad fratrem Antiochum discedit: eumq; in mariti bellũ in-
pellit. Acharnanes quoq; diffisi epirotis aduersus ætolos auxilium romanoz implorantes ob-
tinuerunt a Romano senatu: ut legati mitterentur: qui denunciarent ætolis præsidia ab urbi-
bus acharnaniæ deducerent: paterenturq; esse liberos: qui soli quondam aduersus Troianos
auctores originis suæ auxilia græcis non miserunt. Sed ætoli legationem romanoz superbe
adiuerunt: pœnos illis & gallos: a quibus tot bellis uexati totiens occisione sint cæsi exprobra-
tes: dicenteq; prius illis portas aduersus carthaginenses aperiendas: quas clausit metus puni-
ci belli: q̄ in græciam arma trãfferenda. Meminisse deinde iubent: quibus minentur aduersus
gallos urbem suam eos tueri non potuisse: captamq; non ferro defendisse sed auro redemisse.
Quam gentem se aliquanto maiori manu græciam ingressam nõ solum externis uiribus: sed
ne domesticis quidem tectis adiutos uniuersam delesse: sedẽq; sepulchris eoz prebuisse. quã
illi uiribus imperioq; suo præposuerant: contra italiam trepidis ex recenti urbis suæ incendio
Romanis uniuersam ferme a gallis occupatam. Prius igitur illos gallos italia pellendos q̄ mi-
nentur ætolis: priusq; sua defendenda: q̄ aliena defendi appetenda. Quos autem homines Ro-
manos esse nempe pastores: qui latrocinio iustis dominis ademptum solum teneant: qui uxo-
ris cum propter originis dehonestamenta nec inuenirent: ui publica rapuerint: qui deniq; ur-
bem suam parricidio condiderint: murorũq; fundamenta fraterno sanguine aspererint: Aeto-
los autem principes græciæ semper fuisse: & sicut dignitate ita & uirtute cæteris prestitisse so-
los. Deniq; esse qui macedonas imperio terraz florentes semper contempserint: qui Philippũ
regem non timuerint qui Alexandri magni post persas indosq; deuictos cum omnes nomine
eius horrerent: edicta spreuerint. Monere igitur se romanos contenti sint fortuna præsentis:
nec puocent arma: quibus & gallos cæsos & macedonas contemptos uideant. Sic dimissa lega-
tione Romanoz ne fortius locuti q̄ fecisse uiderentur: fines epirotæ regni Acharnaniæ depopu-
lant. Iam Olympias filiis regna tradiderat: & in locũ Pyrrhi fratris defuncti Ptolemæus succes-
serat: qui cũ hostibus instructo exercitu obuius processisset: infirmitate correptus i itinere de-
cedit. Olympias quoq; non magno post tempore gemino funez uulnere afflicta ægrum spiri-
tum trahens non diu filiis superuixit. Cum ex gente regia sola Nereis uirgo cũ Laudomia so-
rore superessent. Nereis nubit Geloni Siciliæ regis filio: Laudomia autem cũ in aram dianæ
confugisset: concursu populi interficit: quod facinus dii immortales assidue cladibus gētis &
ppe interitu totius populi uindicauerũt. Nam sterilitatem famẽq; passi: & intestina discordia
uexati: externis ad postremũ bellis pene consumpti sunt. Miloq; Laudomiæ percussor in furo-
rem uersus nunc ferro nũc saxo insũma dentibus laceratis uisceribus. xii. die itererit. lis i Epi-
ro gestis interi in macedonia Demetrius rex relicto filio Philiope paruulo: admodũ decedit
Cui Antigonus tutor datus accepta in matrimoniũ matre pupilli regem se cõstituere laborat.
Interiecto deinde tempore cũ seditione minaci macedonũ clausus in regia teneret: in publicũ
sine satellitibus pcedit: piectozq; in uulgus diademate ac purpura dare hæc eos alteri iubet: q

aut imperare illis sciat: aut cui parere ipsi sciant. Se adhuc inuidiosum illud regnū non uoluptati-
 bus sed laboribus ac periculis sentire commemorat. deinde beneficia sua: ut defectionem so-
 cioꝝ uindicauerit: ut dardanos thessalosq; exultantes morte Demetrii regis compensauerit:
 ut deniq; dignitatē macedonū nō solū defēderit: ueꝝ etiā auxerit. Quoꝝ si illos pœniteat de-
 ponere imperiū & reddere illis munus suū: quia regem quærant: cui imperent: cū populus pu-
 dore motus recipere eum regnū iuberet: tam diu reculauit: donec seditionis auctores suppli-
 cio traderent. Post hæc bellū spartanis infert: qui soli Philippi Alexandriq; bellis & imperium
 macedonū & omnibus metuenda arma contempserunt. Inter duas nobilissimas gentes bellū
 summis utriq; uiribus fuit. Cū hi pro uetere macedonū gloria illi non solum pro illibata liber-
 tate: sed etiam pro salute certarent: uicti lacedæmonit: non ipsi tantum: sed etiam coniuges li-
 beriꝝ magno animo fortunam tulere. Nemo quippe in acie saluti pepercit: nulla amissum cō-
 iugem fleuit. Filioꝝ mortem senes laudabant: patribus in acie cæsis filiaꝝ gratulabant. Suam
 uicem omnes dolebant: q; non ipsi pro patriæ libertate decidissent. Parentes omnes domibus
 faucios excipiebant: uulneratos curabant: lapsos resciebant. Inter hæc nullus in urbe strepitus
 nulla trepidatio magis omnes publicā q̄ priuatam fortunam lugebant. Inter hæc Deomenes
 rex post multas hostium cædes toto corde suo pariter & hostiū cruore madens superuenit: in-
 gressusq; urbem non humi confedit: non cibū aut potum poposcit: non deniq; armoꝝ onus
 deposuit: sed accliuis parieti cum quattuor milia sola ex pugna superfuisse conspexisset: horta-
 tur ut se ad meliora reipublicæ tempora reseruarent: tamen cū cōiuge & liberis ægyptum ad
 Ptolemæū proficiscitur: a quo honorifice susceptus diu & in summa dignitate regis uixit. Po-
 stremo post Ptolemæi mortem a filio eius cum omni familia interficit. Antigonus aut cæsis
 occisione spartanis fortunam tātæ urbis miseratus a direptione milites prohibuit: ueniamq;
 his q̄ superfuerant dedit. Præfatus bellum se cum Cleomene non cum spartanis habuisse. cui-
 us fuga omnis ira eius finita sit: nec minori sibi gloriæ fore si ab eo seruata lacedæmōia: quo
 solo capta sit: p̄deret. Parcere igif se solo urbis ac tectis: quoniam homines: quibus parceret:
 non superfuissent. Nec multo post ipse decedit: regnūq; Philippo annos. xiiii. nato tradidit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXVIII.

Hisdem Ferme temporibus prope uniuersi orbis imperia noua regum succes-
 sione mutata sunt. Nam in macedonia Philippus mortuo Antigono tuto-
 re eodemq; uictorico. xiiii. annoꝝ regnū suscepit: & i asia interfecto Seleuco
 impubes adhuc rex Antiochus constitutus est. Cappadociæ regnū quoq;
 Hariarathi puero admodū pater ipse tradiderat: ægyptū patre ac matre in-
 terfectis occupauerat Ptolemæus: cui ex facinoris crimine cognomento Phi-
 lopater ex contrario fuit. Sed spartani in locū Cleomenis suffecerūt Lycur-
 gum. Et ne qua temporibus mutatio deesset apud carthaginem ætate adhuc imatura dux An-
 nibal constituitur: non penuria seniorum sed odio romanorū: quo ibutū eum a pueritia scie-
 bant. Fatale nō tam romanis q̄ ipsi africæ malum. his regibus pueris licet nulli senioris ætatis
 rectores erant tamen in suorum quibusq; maiorum uestigiis tantis magna idoles uirtutis emi-
 cuit. So'us Ptolemæus scelestus sicut in occupando regno ita & segnīs in administrando fuit.
 Philippum dardani cæteriꝝ finitimi populi: quibus uelut imortale odium cum Macedonū
 regibus erat: contemptu ætatis assidue laceſcebant: contra ille summotis hostibus non conten-
 tus sua defendisse: etiam ætolis bellum iſerre gestiebat: quæ agitante illum Demetrius rex il-
 lyriorum nuper a Paulo romano consule uictus supplicibus precibus aggreditur: iniuriam ro-
 manorum quærens: qui non contenti Italiaꝝ terminis iſerium spe improba totius orbis aple-
 xi bellum cum omnibus regibus ferant. Sic illos Sicilia: sic sardinia: hispaniaꝝ: sic deinde ro-
 tius africæ imperium affectantes bellum cum pœnis & Annibale suscepisse. Sibi quoq; nō aliā
 ob causam q̄ q̄ italiaꝝ finitimis uidebatur bellum illatum: q̄si nefas esset aliquem regem iuxta
 imperii eorum terminos esse: sed & ipsi cauendum esse exemplum cuius quanto proprius no-
 biliusq; sit regnū: tanto sit romanos acriores hostes habiturus. Super hoc cædere se illi regno:
 quod romani occupauerint: profitetur: gratius habiturus si in possessiōem imperii sui sociū
 potius q̄ hostem uideret. Huiuscemodi oratione impulit Philippum: ut omissis ætolis bellū
 Romanis inferret: minus negocii existimātem: q; iam uictos eos ab Annibale apud Transume-
 num lacum audierat. Itaq; ne multis bellis eodem tempore grauaretur: pacem cum ætolis se

cit: quasi alio bellum translaturus: sed ut Græciæ euicti consulturus: quam nunq̄ i maiori periculo fuisse affirmabat. Siquidem confurgentibus ab occidente nouis pœnorum & romanorum imperiis: quibus una hæc a græcia & asia sit mora: dum inter se bello discrimen imperii faciūt. cetereq̄ statim uictoribus trāsītū in orientē fore. Videre se itaq̄ ait cōfurgētē in italia nūbē illam trucis & cruētī belli uidere tonātem ac fulminātē ab occafu pcellā: quam in quascūq̄ terræ ptes uictoriæ tēpeftas detulerit: magno cruoris imbre oīa fœdaturā. Frequēter Græciam igentes motus passam nūc Persæ nūc Galloꝝ nūc Macedonū bellis sed oīa illa ludum fuisse existimatos: si ea q̄ nūc i italia cōcurrat: manus extra terrā illam se effuderit. Cernere se q̄ cruēta & sanguinaria inter se bella utriq̄ populi & uiribus copiæ & ducū artibus gerāt: q̄ rabies solo finiri partis alterius iteritu sine ruina finitimorū nō possit. Feros igif aīos uictorū minus qdē Macedonia q̄ Græciæ timēdos: q̄a remotior & i uictam sui robustior sit. Scire tamē se eos: q̄ tāris uiribus cōcurrāt: nō cōtētus hoc sine uictoriæ fore: metuēdūq̄ sibi quoq̄ certamē eorū: q̄ superiores extiterūt. Hoc p̄textu finito cū æolis bello nihil aliud q̄ pœnorū Romanorūq̄ bella respiciens singuloꝝ uires perpendebat. Sed nec Romani: q̄bus pœni & Annibal in ceruicibus erant: soluti metu Macedonico uidebant. nam terrebāt eos & uetus macedonū uirtus & deuicti orientis gloria: & Philippus studio Alexandri æmulationis incensus: quē promptū ad bella idustriūq̄ cognouerūt. Igif Philippus cū iterato prælio uictos a pœnis romanos didicisset: aperte hostē se his p̄fessus naues: q̄bus in Italiam exercitum traiceret: fabricare cœpit. Legatū deīde ad Annibalē iungendæ societatis gratia cū epistolis mittit: q̄ cōp̄hensus & ad senatum p̄ductus icolumis dimissus est. Nō in honorē regis sed ne dubius adhuc indubitatus hostis redderet. Postea uero cū Romanis nūciatū esset i lialia Philippū copias traiecturū: Leuiniū p̄torem cū instructis nauibus ad phibēdum transitū mittūt: qui cū i græciam uenisset: p̄missis multis impulit ætolos bellū aduersus Philippū suscipere. Philippus quoque ætolos i romanorū bella sollicitat. Interea & Dardani Macedonia fines uastare cœperunt adductis. xx. milibus captiuorū Philippū a romano bello ad tuēdū regnū reuocauerūt. Dū hæc agunt Leuinius prætor in ita cu Athalo rege societate Græciā populat: q̄bus cladibus p̄culsæ ciuitates auxiliū petentes Philippū legationibus fatigāt: necnō & illyriorū reges lateri eorū hærentes assiduis p̄cibus p̄missa exigebant. Sup hæc uastati macedones ultionē flagitabant: q̄bus tot tātisq̄ obsessus rebus: cui rei primo occurreret: ambigebat: omnibus tamē p̄pe diem auxilia se missurū pollicet: inō q̄a facere possēt: quæ p̄mittebat: sed ut spe impletos in societatis iure retineret. Prima tamē illi expeditio aduersus Dardanos fuit: q̄ absentiam eius aucupantes maiore belli mole macedonia imminebāt. Cum Romanis quoq̄ pacē facit contentus interi bellum macedonicū distulisse. Philopomēi acheorū duci quē romāos socioꝝ aīo sollicitare didicerat: iudias p̄tedit: q̄bus ille cognitis uitatisq̄ discedere ab eo Achæos auctoritate sua coegit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXX.

Philippo in macedonia magnis rebus intento Ptolemæi in ægypto diuersi mores erant. Nam regno parricidio obtento: & ad necem utriusq̄ parentis cæde etiam fratris adiūcta ueluti rebus feliciter gestis luxuriæ sese tradiderat: regisq̄ mores oīs secuta regio erat. Itaq̄ nō amici tantū p̄fectiq̄: uerum etiā oīs exercitus depositis militiæ studiis ocio ac desidia corrupti marcebat: quibus rebus cognitis Antiochus rex Syriæ ueteri iter se regnorū odio stimulante repentino bello multas urbes eius oppressit: ipsamq̄ ægyptū aggreffit. Trepidat igif Ptolemæus & p̄ legationes quousq̄ uires paret: rogat morari Antiochus: magno deīde i græciam exercitu cōducto secūdū plium facit: spoliassetq̄ regno Antiochū: si fortunā uirtute iuuisset cōtētus recuperatione urbiū: quas amiserat: factaq̄ pace auide materiā getis arripuit: reuolutusq̄ i luxuriā occisa Eurydice uxore eadēq̄ sororū sua Agathocleæ meretricis illecebris capif: atq̄ ita oī magnitudine nomis ac maiestatis oblitus noctes i stupris dies i cōuiuis cōsumit. Addunt istrumēta luxuriæ tympana & tripudia: nec iā spectat rex: sed magister neqtiae neruorū oblectamēta modulaf. Hæc priō labentis regiæ tacita pestis & occulta mala fuere. Deīde crescēte licētia iā nec parietibus regiæ domus cōtēri meretricis audacia pōt quā p̄teruorē sociata cū Agathocle frē ābitiosæ pulchritudis scorto quotidiana regis supra faciebāt. Accedebat & mater Euāthe q̄ gemie sobolis illecebris deuictum regem tenebat. Itaq̄ nō cōtētæ rege iā etiā regnū possidēt: iā i publico uisunt: iā salutant: iā comitant. Agathocles

regis lateri iunctus ciuitate regebat: tribunatus pfecturas & ducatus mulieres ordiabat: nec q̄
q̄ i regno suo minus q̄ ipse rex poterat. Cū iteri relicto q̄nquēni ex Eurydice soror filio morit̄:
sed mors eius dū pecuniā regiā mulieres rapiūt: & impiū inita cū pditissimis societate occupa
re conāt̄: diu occultata fuit: re tamē cognita cōcursu multitudis Agathocles occidit: & mulie
res i ultionē Eurydices patibulis suffigunt. Morre regis supplicio meretricū uelut expiata re
gni infamia legatos Alexandrini ad Romanos miserūt orātes: ut tutelā pupilli fusciperent: tue
rēturq; regnū ægypti: quod iam Philippū & Antiochū facta iter se pactione diuississe dicebant
Grata legatio romanis fuit cām belli q̄rentibus aduersus Philippū q̄ insidiatus eis t̄pibus puni
ci belli fuerat. huc accedebat: q; p̄cenis & Annibale supato nullius magis arma metuebāt: repu
rantibus q̄tū morū Pyrrhus parua manu Macedonū i italia fecisset: q̄taq; res macedones in
oriente gessissent. Mittunt̄ igit̄ legatū: q̄ Antiocho & Philippo ut a regno ægypti abstineant:
nūciēt. Mittit̄ & M. Lepidus i ægyptum q̄ tutorio noie regnū pupilli admittret. Dū hæc agū
tur: iterim legatū Attali regis p̄gamī & Rhodiorū iurias Philippi regis q̄retes Romā uenerūt:
quæ res omnē cōtactionē macedonici belli senatus exemit. Statim p̄textu ferēdi auxilii sociis
bellū aduersus Philippū decernit: legionēsq; cū cōsule i macedoniā mittunt̄. Nec multo post
tpe tota Græcia fiducia Romanorū aduersus Philippū spe pristinae libertatis erepta bellū ei in
tulit. Atq; ita cū rex undiq; urgere: pacē petere cōpellit̄. Deinde cū exposita cōditiones pacis a
Romanis essent: repetere sua & Attalus & Rhodii & Achæi & ætoli cōepere: contra Philippum
adduci se posse: ut romanis pareat: cōcedebat. Cæteræ idignū esse Græcos a Philippo & Alexā
dro maioribus suis uictos & sub iugū Macedonici impii subactos uelut uictores leges pacis si
bi dicere q̄bus prius sit ratio seruitutis redēda: q̄ libertas uēdicanda. Ad postremū tamē eo pe
tente idutiæ duorū mēsiū sūt data: ut pax q̄ i Macedōia nō cōuēiebat a senatu peteret. Eodē
āno iter isulas theræne & thersalia medio utriusq; ripæ & maris spatio terramotus fuit: i quo
cū admiratiōe nauigantiū repēte ex p̄fundo cū calidis aq; isula emerit̄. In Asia uero eodē die
motus terræ Rhodū multaq; alias ciuitates graui ruinaq; labe cōcussit: quasdā solidas obfor
buit. Quo pdigio territis oibus uates cecinere oriēs romanorū impiū uetus Græcorū ac Ma
cedonū uoraturū. Interi a senatu repudiata pace Philippus i societate belli Nabī tyrānū sollici
rat. Atq; ita cū in acie exercitum istructis e diuerso hostibus pduxisset: hortari suos cōepit. Re
ferendo p̄sas bastrosq; indosq; & omnē asiā orientis sine a Macedonibus p̄domitā: tātōq; for
tius hoc bellū q̄ illa sustinendū: q̄to sit libertas impio carior. Sed & flaminus romanorū con
sul relatiōe regē recētissime gestaq; suos stimulat i plū ostēdēdo hic Carthaginē cum Sici
liā: de italiā & hispaniam Romana uirtute p̄domitas: nec Annibalē Alexandro q̄dem magno
postponendum quo italiā pulso africā ipsam tertiā p̄tem mūdi supauerit. Sed nec Macedonas
ueteri fama sed p̄sentibus uiribus existimādos: q̄a nō cum Alexandro magno: quem iuictū au
diuerāt: nec cū exercitu eius: q̄ totū orientē deuicerat: bellum gerāt: sed cū Philippo puero im
maturæ ætatis: q̄ regni terminos aduersus finitimos ægre defendat. Et cum iis Macedonibus
q̄ nō ita ut p̄dæ pridē Dardanis fuerunt: illos maiorum decora: romanos se suorū militum cō
memorare. Non enim alio exercitu Annibalem & p̄cenos & totum ferme occidentem: sed iis
ipsis quos in acie habebat militibus subactos. His adhortationibus utrinq; concitati milites
p̄ralio concurrunt: alteri orientis alteri occidentis imperio gloriātes: ferentēsq; in bellum alii
maiorum suorū antiquam & obsoletam gloriā: alii uirentem recentibus experimētis uir
tutis florem. Sed Macedonas romana fortuna uicit. Fractus itaq; bello Philippus pace a flami
nio consule petita nomē quidem regium retinuit: sed omnibus Thraciæ urbibus uelut regni
membris extra terminos antiquæ possessionis amissis solam macedoniam retinuit: offensi ta
men ætoli: quia nō ex arbitrio eorū macedonia quoq; adempta regi & data sibi in p̄m̄ium bel
li esset: legatos ad Antiochum mittunt: qui eum adulatione magnitudinis i romana bella spe
societatis u niuersæ Græciæ impellerent.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXI.



Ortu Ptolemæo Philopatre rege ægypti cōtēptaq; paruuli filii eius ætate:
q̄ in spē etiam regni relicto p̄da domesticis erat. Antiochus rex Syriæ oc
cupare ægyptū statuit. Itaq; phœnicē cæteraq; Syriæ q̄dē sed iuris ægypti
ciuitates cū iuasisset: legatos ad eū senatus mittit: q̄ denūciarent ei abstinere
a r̄gno pupilli postreīs p̄is p̄cibus fidei suæ traditi: q̄bus sp̄tis iteriecto tpe

36

alia legatio superuenit: quæ omnia pupilli persona ciuitates iure belli factas populi Romani in integrum restitui iubebat. Abnueti bellum denūciat: quod ille facile susceptū infeliciter gessit. Eodē tempore & Nabidē tyrannus multas græciæ ciuitates occupauerat. Igitur senatus ne eodem tempore duplici bello romanæ uires detinerent: scripsit Flaminiō: si ei uideat: sicuti Macedoniam a Philippo ita græciā a Nabidē liberaret. Ob quam causam iperū ei prorogātū est. Terribile quippe Antiocho bellū Annibalis nomen faciebat: quē cōmuli eius occultis mandatis cū Antiocho inisse societate apud romanos criminabat: negantes eū æquo animo sub legibus uiuere assuetū imperio & imoderata licentia militare: semperq; tædio quietis urbanæ nouas belli causas circūspicere: quæ & si falsa nūciata fuissent: apud timentes tamen pro ueris habebat. Deniq; senatus metu percussus ad speculandos actus Annibalis legatū in africā Seruiliū mittit: etq; tacitis mandatis præcepit: ut si posset eū per æmulos eius interficeret: metūq; inuisi nominis tandem populū romanū liberaret. Sed res Annibalem nō diu latuit: uix ad prospicienda cauēdaq; pericula peritū: nec minus in secūdis aduersa q̄ in aduersis secūda cogitantē. Igitur cū tota die in oculis principū legatūq; romani in foro Carthaginensiu obseruatus in suū premū fuisset: appropinquate uespere equū cōscendit: & rus urbanū quod prope litus maris habebat ignaris seruis iussisq; ad portam diuertentē opperiri cōtendit: hēbat ibi naues cū remigibus occulto sinu littoris absconditas: erat etiā grandis pecunia in eo agro præparata: ut cū res exegisset nec facultas fugam nec inopiam moraret. Lecta igitur seruoq; iuuentute: quoq; copiam italicorū captiuorū numerus augebat: nauem cōscendit: cursūq; ad Antiochū dirigit: postera autem die ciuitas principem suū ac tū temporis consulem in foro expectabat: quē ut profectū nūciatū est: non aliter q̄ si urbs capta esset: omnes trepidauerunt: exitiosamq; sibi fugā eius ominati sunt. Legatus uero romanus quasi bellū iam illatū italiæ ab Annibale esset: tacitus Romam reuertitur: trepidūq; nunciū refert. Interim Flaminius in græciā iūcta cū quibusdam ciuitatibus societate Nabidē tyrannū duobus cōtinuis præliis subegit: & grauitè fractū uelut exanguē in regno reliquit: sed libertate græciæ restituta reductis ab urbibus præsidis cū romanus exercitus in italiā reportatus esset uelut uacua rursus possessione sollicitatus: multas ciuitates repentino bello inualit: quibus rebus exterriti Achæi: ne uicinum malū et ad se serperet: bellū aduersus Nabidē decernūt: ducemq; prætorem suū Philipomenem insignis industriæ uix constituit: cuius in eo bello tanta uirtus enituit: ut opinione omnium compararetur Flaminiō romano imperatori. Eodem tēpore Annibal cū ad Antiochū peruenisset uelut deorū munus excipit: tantūq; eius aduentu ardor aīs regis accessit: ut nō tam de bello q̄ de premiis uictoriæ cogitaret: sed Annibal cui nota romana uirtus erat: negabat opprimi romanos nisi in italia posse. Ad hoc sibi centū naues & decē milia peditum & mille equites poscebat. Promittens hac manu non minus bellum q̄ gesserit italiæ instauratur: & in aliā regi sedenti aut uictoriā de Romanis: aut æquas pacis conditiones relaturum. Quippe & hispanis bello flagrantibus ducem tantum deesse: & italiā notiore sibi nunc q̄ pridē fuisse: sed nec carthaginem quieturam sociamq; ei sine mora præbituram: cum regi consilia placuissent: mittitur carthaginem unus ex comitibus Annibalis: qui in bellum cupidos hortetur: Annibalemq; cum copiis affuturū nunciet: nihil dicat partibus nisi animos carthaginensium deesse: Asiā & uires belli & sumptum præbituram. Hæc cum relata carthaginensibus essent: nunciū ipse ab inimicis Annibalis comprehenditur: & perductus in senatum: cum interrogaret: ad quem missus esset: punico ingenio respondit se ad uniuersum senatū missum. Nec. n. hoc opus singulorum: sed uniuersorum esse: dum multis diebus deliberant an eum Romā ad purgandam publicam conscientiam mittant: tacitus conscensa naue ad Annibalem reuertit: quo cognito carthaginenses statim romam legatum deferunt. Romani quoq; ad antiochum legatos misere: qui sub spem legationis & regis apparatus specularentur: & Annibalem aut romanis mitigarent: aut assiduo colloquio suspectum inuisumq; regi facerent. Itaq; legati cū ephesi conuenissent: ad Antiochum mandata ei senatus tradunt. Dum responsū expectant omnibus diebus assidui cum Annibale fuerunt: dicentes timide eum a patria recessisse: cū pacē romanā nō tā cū republicā q̄ cū eo factam sūma fide custodiāt: nec bella eū romanorū magis odio q̄ patriæ amore gessisse: cui ab optio quoq; et spiritus ipse debebat. Has. n. publicas iter populos nō priuatas iter duces bellādi cās eē. idē res gestas eius laudare: quoq; sermōe latus sapius cupidiusq; cū legatis colloquitur. Ignarus quid pro familiaritate romana odiū sibi apud regem crearet. Quippe Antiochus tam assiduo colloquio reconciliatam cū romanis gratiā existimans: nihil ad eum sicut solebat referre: experteq; totius consilii: & ueluti hostē peditoremq;

suum odisse coepit: quæ res tantum apparatus belli cessante imperatoria arte corrupit. Senatus mandata fuerant: ut contentus terminis asiæ esset: nec ipsis ingrediendi asiã necessitatem imponeret: quibus spreto non accipiendũ bellũ statuisse sed iherendũ dicit: cũ frequenter de bello cõsiliũ habuisset remoto Annibale: tandem eũ uocari iussisse: non ex sententia eius aliquid ageret: sed ne per oĩa eũ spreuisse uideretur: oĩbusq; perrogatis postremũ interrogasse: quo ille aduerso itelligere se professus ẽ: nõ quia egeat cõsilio sed ad supplẽdũ numere sententiæ se uocatũ: tamẽ & odio Romanorũ & amore regis: apud quẽ solũ tutũ sibi exiliũ relictũ sit: se uiam gerẽdi belli edisseruere. Veniã deinde libertatis deprecatus ẽ: nihil se aut consiliorum aut coeptorũ præsentĩũ probare ait: nec sedẽ belli graciã sibi placere cũ italia uberior materia sit. Quippe romanos uici nõ nisi armis suis posse. Nec italia aliter q̃ italicis uiribus subigi. Siq̃dẽ diuersũ cæteris mortalibus esse illud & belli genus & hominũ aliis bellis plurimũ momẽti habere priorem aliquã cepisse occasionẽ loci tẽporisq; agros rapuisse: urbes aliquas expugnasse: cũ romano seu occupaueris prior aliqua ratione seu uiceris tum etiã cũ uicto & iacente luctãdũ ẽ. Quãobrem si quis eos in italia lacefferit suis eos opibus suis uiribus suis armis posse uincere: sicut ipse fecerit: sin uero quis illis italia uelut fonte cesserit uiriũ p̃inde falli ac si quis amnes non ab ipsis fõtiũ primordiis deriuare: sed cõcretis iam aquarũ molibus auertere uel exicare uelit. Hoc & secreto se censuisse utroq; ministeriũ cõsiliũ sui obtulisse: & nũc præsentibus amicis ideo repetisse: ut scirẽt oẽs rationẽ cũ romanis gerẽdi belli: eosq; foris iuictos domi fragiles esse. Prius naq; eos urbe q̃ impio: prius italia q̃ prouinciis exui posse. Quippe & a gallis captos & a se prope deletos esse: neq; se unq̃ uictũ priusq; terris eorũ cesserit. Reuerso carthaginẽ statim cũ loco fortunã belli mutatã. Huic sententiæ obrectatores amici regis erant nõ utilitatẽ rei cogitantes: sed uerẽtes: ne probato cõsilio eius primũ apud regẽ locũ gratiæ occuparet. At Antiocho nõ tam cõsiliũ q̃ auctor displicebat: ne gloria uictoriæ Annibalis nõ sua eẽt. Omnia igitur uariis assentationũ adulationibus corrupẽbatur nihil consilio uel ratione agebatur. Rex ipse per hyemẽ in luxuriã lapsus nouis quotidie nuptiis deditus erat. Contra Attilius romanus consul: qui ad hoc bellũ missus erat: copias arma cæteraq; bello necessaria sũma industria parabat: ciuitates socias cõfirmabat: dubias illiciebat: nec alius exitus belli q̃ apparatus utriusq; partis fuit. Itaq; prima belli congressione cũ cedentes suos rex cerneret: non laborantibus auxiliũ tulit: sed fugientibus se ducẽ: prebuit: castraq; ditia uictioribus reliquit. Deinde cũ in Asiã præda romanis occupatis fugiendo peruenisse poenitere neglecti cõsiliũ coepit: reuocatoq; in amicitiam Annibale oĩa ex sententiã eius agere uelle dicit. Interim nũciã ei Liuium Neneuiũ romanũ ducẽ cũ octoginta rostratis nauibus in bellũ nauale a senatu missũ ad uentare: quæ res illi restituẽdã fortunã spẽ dedit. Itaq; priusq; sociarũ ciuitates ad hostes deficerẽ: decernere nauali prælio statuit: sperans cladẽ in graciã acceptã noua posse uictoria aboleri. Annibali igitur tradita classe præliũ cõmittit: sed nec asiã milites Romanis: neq; naues eorũ pares rostratis nauibus fuere: minor tamẽ clades ducis solertia fuit. Romã nõdũ opinio uictoriæ uenerat: & iccirco in cõsulibus creandis suspẽsa ciuitas erat. Sed aduersus Annibalẽ ducenti quis melior q̃ africanus frater crearet: cũ uincere poenos opus Scipionũ sit. Creatur igitur cõsul Lucius Scipio: eiq; datur legatus frater Africanus: ut intelligeret Antiochus nõ maiore fiduciã in Annibale uicto q̃ romanos in uictore Scipione habere. Traiicientibus in Asiã Scipionibus exercitũ iã utrobicq; profligatũ bellũ nũciatũ ẽ: uictũq; Antiochũ terrestri Annibalẽ nauali bello inuenerũt. Primo igitur aduẽtu eorũ legatos pacẽ petẽtes ad eos Antiochus mittit: peculiare donũ Africano ferẽtes ipsius filiũ: quẽ ex paruo nauigio traiicientẽ ceperat. Sed africanus priuata beneficia a rebus publicis segregata dixit: aliãq; eẽ patris officia: alia patriæ iura: q̃ nõ liberis tantũ uegetiã uitæ ipsi præponant. Proinde gratũ se munus accipere: priuatoq; ipendio munificentiæ regis respõsuz: quod ad bellũ pacẽq; pertineat: nihil neq; gratiã dari: neq; de iure patriæ decidi posse respondit. Nam neq; de redimendo filio unq̃ tractauit: nec senatum de eo agere permisit: sed ut dignum maiestate eius erat: armis se recepturum filium dixerat. Post hæc leges pacis dicuntur: ut Asia romanis cederet: contentus Syriæ regno esset: naues uniuersas captiuas & transfugas traderet: sumptumq; omnem belli romanis restitueret. quæ cum nunciata Antiocho essent nondum ita uictum se esse respondit: ut spoliari se regno pateretur belliq; ea irritamenta non pacis blãdimenta esse. Igitur dũ ab utroq; bellũ pararetur: & ingressi Asiam romani ilion uenissent mutua gratulatio iliensium ac romanorũ fuit. Iliensibus Aeneã cæterosq; duces a se profectos: Romanis se ab his procreatos referẽtibz: rãtaq; lætitiã oĩum fuit: quanta esse post longũ tempus inter parentes & liberos solet. Iuuabat Ilienses nepotes su-

Orat. Annibal.

Annibal.

os occidente: ut africa domita & asiam ut auitū regnū uendicare optabilem troiæ ruinam fuisse dicentes: ut tam feliciter renascereſ. Contra Romanos auitos lares & incunabula maiorū templaq; ac deorū simulachra: inexplabile deſideriū uidendi tenebat. Profectis ab illo Romanis Eumenes rex cū auxiliis romanis occurrit: nec multo poſt præliū ē cū Antiocho cōmiſſū cum in deteriore cornu pulſa legio romana maiore dedecore q̄ periculo ad caſtra fugeret M. æmylius tribunus triginta milia ad tutelam caſtroꝝ relictis armare ſe milites ſuos & extra uallum progredi iubet: ſtriſtisq; gladiis fugientibus minari morituros dicens niſi in prælium reuertantur: inſeſtioraq; ſua q̄ hoſtiū caſtra inuenturos. Attonita tanto periculo legio comitantibus comilitonibus qui fugere eos prohibuerant: in præliū reuertit: magnaq; cæde edita initium uictoriæ fuit. Cæſa hoſtiū. l. milia capta. xi. milia. Antiocho pacem petenti nihil ad ſuperiores conditiones additū: Africano prædicante neq; romanos ſi uincatur animis minui: neq; ſi uincant ſecundis rebus inſoleſcere: captas ciuitates inter ſocios diuiſere: muneris romani apertioreſ Aſiam q̄ poſſeſſiones uoluntarias iudicantes. Quippe uictoriæ gloriam Romano nomini uendicandam: opū luxuriam ſociis relinquendam.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXII.

Etoli qui Antiochū in bella romana impulerant uicto eodem ſoli aduerſus romanos & uiribus impares & omni auxilio deſtituti remaſerant: nec multo poſt uicti libertatem: quam illibaram aduerſus dominationem athenienſiū & ſpartanorū inter tot græciæ ciuitates ſoli retinuerant: amiſerūt. Quæ conditio tanto illis amarior quāto ſerius fuit: reputantibus tempora illa: quibus tantis perſarū opibus domeſticis uiribus reſtiterant: quibus galloꝝ uioſentiam aſiæ Italiæq; terribilem Delphico bello fregerant: quæ ſola glorioſa recordatio maius deſideriū libertatis augebat. Dū hæc agūtur medio tempore inter Meſſenios & Achæos de principatu primo contentio: mox bellum ortū eſt: in eo nobilis Achæorū philopomenes imperator capitur: non quia pugnando uitæ parceret: ſed dum ſuos in præliū reuocat: in tranſitu foſſæ equo præcipitatus a multitudine hoſtiū oppreſſus eſt. Quem iacentem Meſſenii ſeu metu uirtutis uel uerecundia dignitatis interficere auſi non fuerūt. Itaq; uelut in illo omne bellū confeceſſent: captiuum per uniuerſam ciuitatē in modum triūphi circūdixerūt: effuſo obuiā populo ac ſi ſuus non hoſtiū imperator aduentaret: nec uictorem Achæi auidius uidiſſent: q̄ uictū hoſtem uiderūt. Igitur eūdem in theatꝝ duci iuſſerūt: ut omnes contuerentur: quæ potuiſſe capi incredibile ſingulis uidebatur. Deinde in carcerem deducto uerecundia magnitudinis eius uenenū ei dederūt: quod ille lætus: ac ſi uiciſſet accepit: quæſito prius an Ligorias præfectus Achæorū: quæ ſecundū a ſe eſſe ſcientia rei militaris ſciebat: incolumis effugiſſet. Quem ut accepit euaiſſe etiam non in totū dicens conſultū male Achæis expirauit: nec multo poſt reparato bello Meſſenii uincuntur: poenarq; interfecti Philopomenis pepederunt. Interea in Syria rex Antiochus cum graui tributo pacis a romanis premeret: & uictus oneratusq; eſſet ſeu inopia pecuniæ cōpulſus ſeu auaritia ſollicitatus qua ſperabat ſe ſub ſpecie tributariæ neceſſitatis excuſatus ſacrilegia cōmiſſurū adhibito exercitu nocte templū Dodonæi Iouis aggreſſus: qua re prodita concurſu incolarū cū omni militia interficitur. Romæ cū multæ græciæ ciuitates quæſtū de iniuriis Philippi regis Macedonū ueniſſent: & diſceptatio in ſenatu inter Demetriū Philippi filiū: quem pater ad ſatiſſaciendū ſenatu miſerat: & legatos ciuitatum eſſet: turba querelarū confuſus adoleſcens repente obtulit. Tunc ſenatus uerecundia eius motus: qua priuatū etiā antea cū obſes romæ eſſet: carus oībus fuerat cām illi donauit: atq; ita modestia ſua Demetrius ueniā patri nō iure deſenſiōis: ſed patrociniū pudoris obtinuit: qđ ipſi de creto ſenatus ſignificatū ē: ut appareat & nō tā abſolutū regē q̄ donatū filio patrem: quæ res Demetrio nō gratiā legationis ſed odiū obtrectatiōis cōparauit. Nā apud fratrem perſeū æmulatio illi inuidiā cōtraxit: & apud patrem nota abſolutiōis cā offenſa fuit: indignate Philippo plus momenti apud ſenatū pſonā filii q̄ auctoritatē patris ac dignitatē regiæ maiestatis habuiſſe. Igitur perſeus pſpecta patris ægritudine quortidie abſentē Demetriū apud eū criminari: & prius inuiſū: poſt etiā ſpectū reddere: nūc amicitiam romanorū: nūc pditionē ei patris obiecit. Ad poſtremū inſidias ſibi ab eo paratas cōſingit: ad cuius rei pbatōnē imittit iudices teſtes ſubornat: & facinus: qđ obicit: admittit: quibus rebus præ cōpulſo ad parricidiū funeſtā oēm regiā fecit. Occiſo Demetrio ſublatoq; æmulo non negligentior tantū Perſeus in patrem uerumetiam & contumacior erat:

nec hæredem regni, sed regem se gerebat. His rebus offensus Philippus impatientius in dies mortem Demetrii dolebat: tunc & insidiis se circūuētū suspicari; testes iudicesq; torquere. Atq; ita cognita fraude non minus scelere Persei q̄ innoxia Demetrii morte cruciabat; peregrissetq; ultionem: nisi præuentus esset. Nam breui post tempore morbo ex ægritudine contracto decessit: relicto magno belli apparatu aduersus romanos: quo postea Perseus usus est. Nam & gallos Scordiscos ad belli societatem perpulerat: fecissentq; romanis graue bellū: nisi decessisset. Namq; galli bello aduersus Delphos infelciter gesto in quo maiorem uim numinis q̄ hostiū fenserant amisso Breno duce pars in asiam pars in thraciam extorres fugerant. Inde per eadē uestigia qua uenerant: antiquam patriam repetiuere. Ex his pars quædam in confluentē Dānubii & sabii confedit: cordiscosq; se appellari uoluit. Tetosagi autē cū in antiquā patriā tolosam uenissent cōprehensiq; pestifera lue essent: nō prius sanitatē recuperauere q̄ aruspiciū responsis mōiti aux̄ argētūq; bello sacrilegiisq; quæsitū ī Tholosensē lacū mergeret. Quod oē magno post tpe Cepio romāus cōsul abstulit: fuere auri pōdo cētū decē milia: argēti pōdo quinq; decies cētū milia. Quod sacrilegiū cā excidiū Cepioni exercitūq; eius postea fuit. Romanos quoq; Cymbrici belli tumultus uelut ultor sacra pecūiæ īsecutus ē: ex gēte Tetosagorū nō mediocris populus prædæ dulcedine illyricum repetiuit: spoliatisq; istris in pānonia cōfedit: istri orū gentem fama ē originē a colchis ducere: missis ab Oeta rege ad argonautas raptoreq; filia persequendos: qui ut a ponto intrauerunt Istæ alueo sabii fluminis penitus inuecti uestigia argonautarū insequentes naues suas humeris per iuga montiū usq; ad littus Adriatici maris transfulerūt: cognito q; argonautæ iidem propter longitudinem nauis priores fecissent: quos ut aduectos colchi nō reperiūt siue metu regis siue tædio longæ nauigationis iuxta aquilegiā confederes: istricq; ex uocabulo amnis: quo a mari cōcesserant appellati. Daci quoq; soboles getarū sunt: qui cū Olore rege aduersus Bastarnas male pugnassent: ob ultionem segnitia capturi somnū capita loco pedū ponere iussu regis cogebantur: ministeriaq; uxoribus: quæ ipsis antea fieri solebant facere: neq; hæc ante mutata sunt: q̄ ignominiam bello acceptam uirtute dederent. Igitur Perseus cū imperio Philippi patris successisset: omnes has gentes aduersus romanos in societatem belli sollicitabat. Interim inter Prusiam regem: ad quem Annibal post pacem Antiocho a Romanis datam profugerat: & Eumenum bellū ortū est: quod Prusias Annibalis fiducia rupto fœdere prior intulit. Namq; Annibal cū ab antiocho romani inter cæteras conditiones pacis deditioem eius deposcerent: admonitus a rege in fugam uersus cretam defertur: ubi cū diu quietam uitam egisset: inuidiosūq; se propter nimias opes uideret: amphoras plūbo repletas in templo Dianæ quasi fortunæ suæ præsidia deposuit: atq; ita nihil de illo sollicita ciuitate: quoniam uelut pignus opes eius tenebant: ad Prusiam contendit: auro suo in stauis: quas secū portabat infuso: ne conspectæ opes uitæ suæ nocerent. Deinde cū prusias ter restri bello ab Eumene uictus esset: præliūq; in mare transfulisset: Annibal nouo commento auctor uictoriæ fuit. Nam omne serpentinū genus in fictiles lagenas conici iussit: medioq; prælio in naues hostiū mittit. Id primū ponticis ridiculū uisū fictilibus dimicare: qui ferro ne queant. Sed ubi serpentibus repleti naues cœpere ancipiti periculo circūuenti: hostiū uictoriā cessere: quæ ubi romæ nūciata sunt: missi a senatu sūt legati: qui utrūq; regem in pacem cogent: Annibalemq; deposcerent. Sed Annibal re cognita sūpto ueneno legationem morte præuenit. Insignis hic annus triū toto orbe maximorū imperatorū fuit mortibus Annibalis: Philomenis: & Scipioni africani. Ex quibus constat Annibalem nec cū italia cum romano tonātem imperio contremuit. Nec cum reuersus carthaginem summum imperium tenuit: aut cubatē coenasse: aut plus sextario uini indulisse: pudicitiaq; cū tātā iter tot captiuas habuisse: ut in africa natū quis negaret. Moderatiōis certe eius fuit: ut cū diuersarū gētiū exercitū rexerit: neq; insidiis suorū militū sit petitus unq; neq; fraude pditus cū utrūq; hostes sæpe tentassent.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XXXIII.

Inore quidē rege motu romani macedonicū q̄ punicū bellū gesserūt: sed tanto clarius quāto nobilitate macedones pœnos antecefferūt. Nā cū gloria oriētis domiti & auxiliis oīum regū iuuabant. Itaq; romani & legiōes plures: nūero cōscripserūt: & auxilia a Masinissa rege numidarū cæterisq; focis oībus acciuerūt. Et Eūeni regi bithyniæ denūciatū: ut bellū sūmis uiribus iuuar & Perseo p̄ter macedonicū exercitū iuictæ opinionis decēniū belli sūptus a patre paratus ī thesauris & ī horreis erat: quibus

rebus inflatus & oblitus fortunæ paternæ ueterem Alexandri gloriam cōsiderare suos iube-
 bat. Prima congressio equitū fuit: qua uictor Perseus suspensam omnium expectationem in fa-
 uorem sui traxit: misit tamen legatos ad consulem: qui pacem peterent: quam patri suo Roma-
 ni etiam uicto dedissent: impensas belli lege uicti suscepturus. Sed cōsul Sulpitius non minus
 graues q̄ uicto leges dixit. Dū hæc aguntur: metu tam periculosi belli romani æmyliū Paulū
 consulem creant: eiq; extra ordinem Macedonicū bellū decernunt: qui cum ad exercitū uenisset:
 non magnam moram pugnæ fecit. Pridie q̄ conferretur bellū luna nocte defecit: triste id
 ostentū Perseo omnibus prælagientibus: finemq; macedonici regni portendi uaticinantibus
 In ea pugna. M. Cato Catonis oratoris filius dū inter confertissimos hostes insigniter dimicat
 equo delapsus pedestre præliū aggreditur. Nam cadentem manipulus hostium eum horrido
 clamore uelut iacentem obruncaturus circumsteterat. At ille citius corpore collecto magnas
 strages edidit: cum ad unū opprimendū undecunq; hostes conuolarent: dum procerū quendā
 petit: gladius ei e manu elapsus in mediam cohortem hostiū decidit: ad quem recuperandum
 umbone se protegens inspectante utroq; exercitu inter mucrones se hostium immerferit: re-
 collectoq; gladio multis uulneribus exceptis ad socios cū clamore omnium reuertitur: huius au-
 daciam cæteri imitati uictoriam peperere. Perseus rex fuga cum decem milibus talentū samo-
 thraciā deferret: quē Gneus Octauius ad persequendū missus a consule cum duobus filiis Ale-
 xandro & Philippo cepit: captūq; ad consulem duxit. Macedonia a Garano: qui primus in ea
 regnauit usq; ad Perseū triginta reges habuit. Quorū sub regno fuit quidem annis noningen-
 tis & uiginti tribus: sed regē non nisi centū nonaginta duobus annis potita: Ita cū in ditionē
 Romanorū cessisset magistratibus per singulas ciuitates cōstitutis libera facta est: legesq; qui-
 bus adhuc utitur: a Paulo accepit. Aetolorū uniuersarū urbium senatus cū cōiugibus & liberis
 qui dubia fide fuerant romam missus: ibiq; ne in patria aliquid nouaret diu detentus: ægreq;
 per multos annos legationibus ciuitatum senatu fatigato in patriā quisq; suā remissus est.

IUSTINI HISTORICI LIBER .XXXIII.

Oenis ac Macedonibus subactis ætolorūq; uiribus principū captiuitate de-
 bilitatis soli adhuc ex græcia uniuersæ Achæi nimis potentes tūc temporis
 Romanis uidebantur: non propter singularū ciuitatū nimias opes: sed pro-
 pter conspiratiōem uniuersarū. Namq; Achæi licet per ciuitates ueluti per
 membra diuisi sint: unū tamen corpus & unū imperiū habent: singularūq;
 urbiū pericula mutuis uiribus propulsat. Quærentibus igitur romanis cas-
 belli tempestiui fortuna querelas Spartanorū obtulit: quorū agros Achæi propter mutuū odi-
 um populabantur: spartanis a senatu responsū est: legatos se ad inspiciendas res socioꝝ & ad i-
 iuriam demendam: in græciam missuros: sed legatis occulte madata data sūt: ut corpus Achæ-
 orū dissoluerent: singulasq; urbes proprii iuris facerent: quo facilius ad obsequia cogerentur:
 & si quæ urbes contumaces essent frangerentur. Igitur legati omnium ciuitatum principibus
 Corinthum euocatis decretum senatus recitant: quod consilii habeant: aperiūt expedire: om-
 nibus dicūt: ut singulæ ciuitates leges suas & iura sua habeant. Quod ut omnibus innotuit:
 uelut in furorem uersi uniuersorum peregrinum populum trucidant: legatos quoq; ipsos
 romanorū uiolassent: nisi audito tumultu trepidi fugissent. Hæc ubi romæ nunciata sunt: sta-
 tim senatus Mumio consuli bellum Achaicum decernit: qui extemplo exercitu deportato &
 omnibus strenue prouisis pugnandi copiam hostibus fecit: sed Achæi uelut nihil negotii ro-
 mano bello suscepissent. Ita apud eos neglecta omnia & soluta fuere. Itaq; prædam non præli-
 um cogitantes: & uehicula ad spolia hostiū reportanda duxerunt: & coniuges liberosq; suos
 ad spectanda certamina in montibus posuerūt. Sed prælio commisso ante oculos suoꝝ cæsi:
 lugubre his spectaculū sui & grauem luctus memoriam reliquerūt. Coniuges quoq; & liberi
 eorū de spectatoribus captiui facti præda hostiū fuere. Vrbs ipsa corinthus diruitur: populus
 omnis sub corona uenditur: ut hoc exemplo cæteris ciuitatibus metus nouarū regū impone-
 retur. Dū hæc agunt rex syriæ Antiochus Ptolemæo maiori sororis eius filio regi ægypti bel-
 lū isert: segni admodū & quotidiana luxuria ita marcido: ut nō solū regiæ maiestatis officia
 intermitteret: uexet etiā sēsū hoīs nimia sagina careret. Pulsus igit regno ad fratrem minorem Ptole-
 mæū Alexandriā cōfugit: participatoq; cū eo regno romā legatos ad senatū mittit: auxilia petūt
 fidē societatis implorant: mouere senatū preces fratꝝ. Mittit igit legatus P. Popilius ad Antio-

chum: qui abstinere eum ægypto aut si iam iccessisset: excedere iubet. Cum i ægypto eum in uenisset: osculumq; ei rex obtulisset. (Nam coluerat iter cæteros P. Popillum Antiochus cum romæ obses esset) Tunc Popilius facessere iteri priuatam amicitiam iubet: cum mandata patriæ itercedant: prolatoq; senatus decreto & tradito cum conctari regem uideret: consultatio nemq; ad amicos referre. Ibi Popilius uirga: quam i manu gerebat amplo circulo iclusum: ut amicos caperet consulere iubet: nec prius ide exire q̄ responsum senatui daret: aut pacem: aut bellum cum Romanis habituz. Adeoq; hæc asperitas animum regis fregit: ut pariturum se senatui responderet. Reuersus i regnum Antiochus decedit: relicto paruulo admodum filio: cui cū tutores dati a populo essent: patruus eius Demetrius: qui obses romæ erat: cognita morte Antiochi fratris senatum adiit: obsidemq; se uiuo fratre uenisse: quo mortuo cuius obses sit se ignorare. Dimitti igitur se ad regnum petendum æquum esse: quod sicuti iure gentium maiori fratri cesserit: ita nunc sibi qui pupillum ætate antecedit deberi: cum se non dimitti animaduerneret a senatu tacito iudicio tutius apud pupillum q̄ apud eum regnum futuz arbitrans specie uenandi ab urbe profectus: hostis tacitus: cum fuge comitibus nauem conscendit. Delatus in syriam secūdo fauore omnium excipitur: regnumq; ei occiso pupillo a tutoribus traditur. Eodem tempore ferme Prusias rex bithyniæ consilium cepit interficiendi Nico medis filii: dum cōsulem studet minoribus filiis: quos ex nouerca eius susceperat: & romæ habebat. Sed res adolescenti ab his: qui facinus susceperat: proditur: hortatiq; sunt: ut crudelitate patris prouocatus occupet insidias: & in auctorem retorqueat scelus: nec difficilis persuasio fuit. Igitur cum accitus i patris regnum uenisset: statim rex appellatur: Prusias regno spoliatus a filio priuatusq; redditur: etiam a seruis deseritur: cum in latebris ageret: non minori scelere q̄ filium occidi iusserat a filio interficitur.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXV.

Demetrius occupato Syriæ regno nouitatis suæ ocium periculosū ratus ampliare fines regni statuit: etiam opes augere finitimoz bellis. Itaq; Ariarathi regi Cappadociæ propter fastiditas sororis nuptias infestus fratrem eius Holofernem per iniuriam regno pulsū supplicem recepit. Datūq; sibi honestum belli titulū gratulatus eum resistere in regnū statuit. Sed Holofernes ingrato animo inita cū Antiochensibus pactione offensis tūc a Demetrio peliere ipsum regno a quo restituebatur: consiliū accepit. Quo cognito Demetrius quidem uitæ eius ne Ariarathes metu fraterni belli liberaretur: pepercit. Ipsum autem comprehensum uictū seleuciæ custodiri iubet. Nec Antiochenses iudicio territi a defectione destiterunt. Itaq; adiuuantibus & Ptolemæo rege ægypti & Attalo rege Asiæ & Ariarathe rege Cappadociæ bello a Demetrio laceffitis subornant. Prompalum quendam fortis extremæ iuuenem: qui Syriæ uelut paternum regnum armis repeteret: & ne quid contumeliæ deesse: nomen ei Alexandri indicitur: genitusq; ab Antiocho rege dicitur. Tantum odiū Demetrii apud omnes erat: ut æmulo eius non uires regiæ tantum: uerum etiam generis nobilitas consensu omniū tribueretur. Igitur Alexander admirabili uarietate rerum pristinarum sordium oblitus totius ferme orientis uiribus succinctus bellū Demetrio infert: uictumq; uita pariter ac regno spoliatur. Igitur demetrio nec animus in propulsando bello defuit. Nam & primo prælio hostem fugauit: & regibus bellū restituentibus multa milia cecidit in acie. Ad postremū tamen inuicto animo inter confestissimos hostes fortissime dimicans cecidit. In initio belli Demetrius duos filios apud hospitem suum Gnidium cum magno auri pondere demandauerat: ut & a belli periculis eximerentur: & si ita fors tulisset: ultioni paternæ seruari. Ex his maior Demetrius annos pubertatis egressus audita Alexandri luxuria: quem insperatæ opes & alienæ felicitatis ornamenta uelut captiuum inter scortorum greges desidem in regia tenebant: auxiliantibus Cretensibus securum ac nihil hostile metuentem aggreditur. Antiochenses quoq; ueterem patris offensam nouis meritis correcturi se ei tradunt. sed & milites paterni fauore iuuenis accessi prioris sacramenti religionem noui regis superbix præferentes signa ad Demetrium transferunt: atq; ita Alexander non minori impetu fortunæ desertus q̄ elatus primo prælio uictus interficitur: deditq; pœnas & Demetrio: quem occiderat: & Antiocho cuius mentitus origine fuerat.

Suo h[ic] d[icitur]

Recuperato paterno regno Demetrius & ipse rege successu corruptus uitiis adolescentiæ in segnitiam labitur: tantumque contemptum apud omnes inertiam quantum odium ex superbia pater habuerat: contraxit. Itaque cum ab imperio eius passim ciuitates deficerent: ad abolendam segnitiam maculam bellum parthis inferre statuit: cuius aduentum non inuiti orientis populi uidere: & propter Arfacidæ regis Parthorum crudelitatem: & quod ueteri macedonum imperio noui populi assueri superbiam indigne ferebant. Itaque cum & persarum & Elimæorum Bactrianorumque auxiliis iuuarentur: multis præliis Parthos, fudit. Ad postremum tamen pacis simulatione deceptus capitur: traductusque per ora ciuitatum populis qui descierant: in ludibrium saueris ostenditur. Missus deinde in hyrcaniam benigne & iuxta cultum pristinae fortunae habet. Dum hæc aguntur: interim in syria Trifon qui se tutorem Antiocho Demetrii priuigni substitui a populo laborauerat: occiso pupillo regnum Syriæ inuadit. Quo diu potitus tandem exolescente fauore recentis imperii ab Antiocho puero admodum Demetrii fratre qui in asia educabatur: bello uincitur: rursusque regnum syriæ ad sobolem Demetrii reuertitur. Igitur Antiochus memor quod etiam pater propter superbiam inuisus & frater propter segnitiam contemptus fuisset: ne in eadem uitiis icideret: accepta in matrimonium Cleopatra uxore fratris ciuitates: quæ initio fraterni imperii defecerant: summa industria persequitur: domitasque rursus regni terminis adiecit. Iudæos quoque qui in macedonico imperio sub Demetrio patre armis se in libertatem uendicauerant: subiigit. Quorum uires tantæ fuere: ut post hunc nullum Macedonum regem tulerint: domesticisque imperiis usque syriam magnis bellis infestauerint. Fuit namque iudæis origo damascena quæ syriæ nobilissima ciuitas est: unde & a syriis regibus genus ex regina Semiramide fuit: nomen urbi a Damasco rege inditum: in cuius honore syrii sepulchre Ariathis uxoris eius pro templo coluere: deamque exinde sanctissimæ religionis habent. Post Damascum Habraam: Moses: Israel reges fuere. Sed israhel felix decem filiorum prouentus maioribus suis clariorem fecit. Itaque populum in decem regna diuisum filiis tradidit: omnesque ex nomine iudæ: qui post diuisionem decesserant: iudæos appellauit: colique eius memoriam ab omnibus iussit. Eius portio omnibus accesserant: minimusque inter fratres ætate Ioseph fuit: cuius excellens ingenium ueriti fratres clam interceptum peregrinis mercatoribus uendiderunt: a quibus deportatus in ægyptum cum magicas ibi artes solerti ingenio percepisset: breui ipsi regi percarus fuit. Nam & prodigiorum sagacissimus erat: & somniorum primus intelligentiam condidit: nihilque diuini iuris humanique ei incognitum uidebatur. Adeo ut etiam sterilitatem agrorum ante multos annos prouiderit: periissetque omnis ægyptus fame nisi monitu eius rex edicto seruari per multos annos fruges iussisset. Tantaque experimenta eius fuerunt: ut non ab homine sed a deo responsa dari uiderent. Filius eius Moses fuit: quem etiam præter paternæ scientiæ hæreditatem formæ pulchritudo commendabat. Sed cum scabiem ægyptii: & pruriginem paterentur: responso moniti eum cum agris: ne pestis ad plures serperet: terminis ægypti pellunt. Dux igitur exulum factus sacra ægyptiorum furto abstulit: quæ repetentes armis ægyptii domum redire tempestatibus compulsi sunt. Itaque Moses damascena patria antiqua repetita montem synæum occupat: in quo septem dierum ieiunio per desertam arabiam cum populo suo fatigatus: cum tandem uenisset septimum dieum more gentis sabæatum appellatum in omne æuum ieiunio sacrauit. Quoniam ille dies famem illis erroremque finis erat. Et quoniam metu contagionis pulsos se ab ægypto meminerant ne eadem causa inuisi apud incolas forent: cauerunt: ne cum peregrinis comunicarent: quod ex causa factum paulatim in disciplinam religionemque conuertit. Post Mosem etiam eius filius Aruas sacerdos sacris ægyptiis mox rex creatur. Semperque exinde hic mos apud iudæos fuit: ut eosdem & reges & sacerdotes haberet: quorum iustitia religione permixta incredibile quantum coaluere opes genti & uectigalibus opobalsami creuere: quod in his tantum regionibus gignitur. Est namque uallis quæ continuis montibus uelut muro quodam cincta ad instar castrorum clauditur: spacium loci ducenta milia iugera nomine hierico dicitur: in ea ualle silua est & ubertate & amoenitate insignis. Siquidem palmæto & opobalsamo distinguitur: & arbores opobalsami formam similem pyceis arboribus habent: nisi quod sunt humiles magis: & in uinearum more excolumunt. Hæc certo tempore anni balsamum sudat: sed non minor loci eius opacitatis quam ubertatis admiratio est. Quippe cum toto orbe regionis eius ardentissimus sol sit: ibi tepida aeris naturalis quædam ac perpetua opacitas inest. In ea regione latus lacus est: qui propter magnitudinem & aquarum imobilitatem mortuum magis

Quædam damascena

*Quædam iudæa
unde sup. dyademum
populorum silua*

dicif. Nā neq; uētis mouet resistēte turbinibus bitumie: quo aqua oīs stagnat. Neq; nauiga-
 tiōis patiens ē: quoniā oīa uita carētia ī pfūdū mergunt: nec materiā ullā sustinet: nisi quæ a lu-
 mine illustrat. Primus Xerxes rex persæ iudæos domuit. Postea cū ipsis persis in ditionē Ale-
 xandri magni uenere: diuq; in potestātē macedonici impii fuere. A Demetrio cū descuissent:
 amicitia romanorū petita primi omniū ex oriētalibus libertatē receperūt: facile tūc romanis
 de alieno largiētibus. Per eadem tēpota: quibus in syria regni mutatio inter nouos reges alter
 nabat: ī asia rex Attalus florentissimū & ab Eumene patruo acceptū regnū cædibus amicorū
 & cognatorū supplicis scædabat: nūc matrē anū: nūc Byronicē spōsā maleficiis eorū necatas
 confingens. Post hāc scelestā uiolētīæ rabiē squalidā uestem sumit: barbā capillūq; in modū
 reorū summittit: nō in publicū prodire: nō populo se ostendere: nō domi lætiora cōuiuia ini-
 re: aut aliquod signum sani hoīs habere: prorsus ut pœnas pendere manibus īterfectorū uide-
 tur. Omīssa deinde regni administratiōe hortos fodiebat: gramina seminabat: & noxia inno-
 xis permiscebat: eaq; omnia ueneni succo infecta uelut peculiare munus amicis mittebat: ab
 hoc studio ærariæ artis fabricæ se tradidit: cæterisq; fingēdis & ære fundendo procudendoq;
 oblectatur: matri deinde sepulchrū facere instituit: cui operi ītentus morbū ex solis ardore cō-
 traxit: & septima die decessit. huius testamento hæres populus romanus tūc instituit. Sed erat
 ex Eumene Aristonicus non iusto matrimonio sed ex pellice Ephesia Citharistæ cuiusdam fi-
 lia genitus: qui post mortē Attali uelut paternū regnū inuasit asiam. Cū multa secunda præ-
 lia aduersus ciuitates quæ metu romanorū se tradere ei nolebant: fecisset iustusq; rex iam ui-
 deref: Asia Licinio Crasso consuli decernitur: qui intērior Attalicæ prædæ q̄ bello cū extre-
 mo anni tempore inordinata acie præliū cōseruisset: uictus pœnas inconsultæ avaritiæ san-
 guine dedit. In huius locū missus Perpenna consul prima congressione Aristonicū superatū
 in potestatem suam redegit: Attalicæq; gazas hæreditarias populi romani nauibus impositas
 Romā deportauit. Quod ægre ferens successor eius Marcus Aquilius consul ad eripiendum
 Aristonicū Perpennæ ueluti sui potius triūphi munus esse deberet: festinata uelocitate cōten-
 dit. Sed contentionem consulū mors Perpennæ direnuit. Sic asia facta Romanorum cum opi-
 bus suis uitia quoq; Romam transmisit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XXXVII.

Q Apto Aristonico massilienses pro Phocensibus conditoribus suis: quorum
 urbē senatus & omne nomen: & quod & tūc & ante Antiochi bello infesta
 contra populū romanū arma tulerant: deleri iusserat: legatos Romā mise-
 re deprecantes: ueniāq; iis a senatu obtinere. Post hāc regibus qui aduersus
 Aristonicū auxilia tulerāt: premia persoluta Mithridati pontico Syria mi-
 nor: filiis Ariarathis regis cappadociæ qui eodē bello ceciderat lycaonia &
 cilicia data: fideliorq; populus romanus in focii filios q̄ mater ī liberos fuit. Quippe hūc par-
 uulo auctū regnū: inde uita adempta. Nāq; Laodice ex numero sex filiorū: quos uirilis sexus
 ex Ariarathe rege susceperat: timens ne diutina regni administratiōe adultis quibusdā potire
 tur: quinq; parricidiali ueneno necauit: unū paruulū sceleri matris cognatorū custodia eripuit
 qui post necem Laodices (nam propter crudelitātē eam populus extinxerat) solus regno poti-
 tus est. Mithridates quoq; repentina morte interceptus filiū qui & ipse Mithridates dictus ē:
 reliquit: cuius ea postea magnitudo fuit: ut non sui tantū temporis: uerētīā superioris ætatis
 omnes reges maiestate superauerit: bellaq; cū romani per. xlvj. annos uaria uictoria gesserit.
 Cū eum sūmi imperatores Sylla Lucullus cæteriq; in sūma Gneus Pompeius ita uicerunt: ut
 maior clariorq; resurgeret instaurādo prælio: dānisq; suis terribilior redderef. Deniq; ad postre-
 mū nō ui hostili uictus: sed uolūtaria morte in auito regno senex hærede filio decessit: huius
 futuram magnitudinē etiā cælestia ostenta prædixerant. Nā & quo genitus est anno & eo qd'
 regnare primū cœpit: stella cometes per utrūq; tēpus septuaginta diebus ita luxit: ut cælū oē
 cōflagrā uideref. Nā & magnitudinē sui quartā partē cæli: occupauerat: & fulgore sui solis ni-
 torē uicerat: & cū oriref: occūberetq; quattuor spaciū horarū cōsumebat. Puer tutorū īsidias
 passus est: qui eū fero equo īpositū eqtare iaculariq; cogebāt: q̄ conatus cū eos sefellissent: su-
 pra ætatē regēte equū Mithridate ueneno eū appetiuere: Quod metuēs antidota sapius bibit
 & ita se aduersus īsidias exq̄sitōribus remediis stagnauit: ut ne uolēs quidē senex ueneno mo-
 ri potuerit. Timēs deīde ne inimici quod ueneno nō potuerāt: ferro pagerēt: uenādi studiū sin-

mitridatis xomino

xit: quod propter quattuor annos neq; urbis neq; ruris tecto usus ē: sed per silvas uagatus est: & diuersis motiū regiōibus pnoctabat: ignaris oībus qbus esset locis: assuetus feras cursu aut fugere aut psequi: cū qbusdā ēt uiribus cōgredi: qbus rebus & insidias uitauit: & corpus ad omne uirtutis patientiā durauit. Ad regni deinde administrationē cū accessisset: statū nō de regēdo sed de augēdo regno cogitauit. Itaq; scythas iuictos: sateāq; Sopyriona Alexādrī magni ducē cū triginta milibus armatorū deleuerāt: q; Cyzē plaxē regē cū ducētis milibus armatorū trucidauerāt: qui Philippū macedonū regē fugauerant: ingenti felicitate perdomuit. Auctus igit uiribus pontū quoq; ac deinceps Cappadociā occupauit: cū de asia tractaret: cū quibusdā amicis tacitus a regno profectus nemine sciēte puagatus ē: omniūq; urbiū situs: ac regiones cognouit. Inde Bithyniam trāscendit: & quasi iam dominus Asiae opportūa quaq; uictoriae suae metatus est. Post hāc in regnū cū iā perisse crederet: reuersus ē: inuēto puulo filio quē per absentia eius Laodice soror uxoris enixa fuerat: sed iter gratulationē post longā pegrinationē aduentus sui: & filii geniti ueneno piclitatus ē. Siq; de Laodice soror cū piisse eū crederet in cōcubitus amicorū proiecta quasi admissū facinus maiore scelere tegere posset: uenenū aduenienti parauit. Quod cū ex ancilla Mithridates cognouisset: facinus in auctores uīdicauit. Hyeme deinde iminēte nō in cōuiuio sed in cāpo: nō in uacationibus sed in exercitationibus: nec iter sodales sed inter aequales aut equo aut cursu aut uiribus cōtendebat. Exercitū quoq; suū ad parem laboris patientiā quottidiana exercitatiōe durabat: atq; ita inuisus ipse in expugnabile exercitū fecerat. Inita deinde a Nicomede societate Paflagoniā inuadit: uictaq; cū socio diuidit: quā cū teneri a regibus senatui nūciatū esset: legatos ad utrūq; misit: qui gentē restitui in pristinū statū iuberent. Mithridates cū se parē iā magnitudini romanorū crederet: superbo re sponso hāreditariū patri suo regnū obuēnisse respōdit: mirariq; se quā ei cōtrouersia relata nō fuerit: sibi referant. Nec territus minis Galariā quoq; occupat. Nicomedes quoniam se tueri iure non poterat: iusto regi redditū respōdit. Atq; ita filiū suū mutato nomine Philonem Paflagonum regū nomine appellat: & quasi stirpi regiae reddidisset: regnū falso nomine tenet. Sic ludibrio habiti legati Romam reuertuntur.

IVSTINI HISTORICI LIBER .XXXVIII.

Mithridates Parricida nece uxoris auspicatus sororis alterius Laodices filios cuius uirg Ariarathā regē Cappadociae per Gordiū insidiis occiderat: tollēdos statuit: nihil actū morte patris existimās si adolescēs paternū regnū cuius ille cupiditate flagrabat occupassent. Igit dū i his occupationibus uesaf iteri Nicomedes rex Bythiniae uacua morte regis cappadocia iuadit. Quod cū nūciatū Mithridati fuisset: per simulationē pietatis auxilia sorori ad pelledū cappadocia Nicomedē mittit. Sed iā Laodice per pactionē se Nicomedi in matrimoniū tradiderat. Quod aegre ferens Mithridates praesidia Nicomedis cappadocia expellit: regnūq; sororis filio restituit: regriū prorsus factū nisi subsecuta fraus esset. Siquidē interiectis diebus simulat se Gordiū: quo ministro usus in Ariarathe interficiēdo fuerat: restituere in patriā uelle: sperans si obfisteret adolescens: causas belli futuras: aut si permitteret per eundem filiū tolli posse per quē interfecerat patrē. Quod ubi Ariarathes iunior moliri cognouit: indigne ferēs interfectore patris per auūculū potissime ab exilio reuocari: ingētē exercitū cōtrahit. Igit cū i aciē eduxisset Mithridates peditū octogita milia equitū decē milia currus falcatos donec Ariarathi auxiliātibus finitimis regibus miores copiae ēent: incertū belli timēs cōsilia ad insidias trāsfert: sollicitatq; iuene ad colloquū cū ferz occultatū iter falces gereret scrutatori: ab Ariarathe regio more misso curiosius unū uētrē ptectātū ait: caueret ne aliud telū iueniret: q; qreret: atq; ita risu ptectis insidiis se euocatū ab amicis uelut i secretū sermonē spectāte utroq; exercitū iterficit: regnū cappadociae octo ānoz filio iposito Ariarathis noie additoq; ei rectore Gordio tradit. Sed cappadoces crudelitate ac libidie pfatorz uexati a Mithridate deficiūt: fratresq; regis: & ipsū Ariarathē noie ab asia ubi educabat: reuocat: cū quo Mithridates plū re nouat: uictūq; cappadociae regno expellit. Nec multo post ex aegritudie adolescēs collecta ifirmitate decedit. Post huius mortē Nicomedes timēs: ne Mithridates accessiōe cappadociae ēt bithyniā finitimā iuaderet: subornat puez eximie pulchritudis qsi Ariarathes tres nō duos filios genuisset: q a senatu romano paternū regnū peteret. Vxorē quoq; Laodicē romā mittit ad testimoniū triū ex Ariarathe susceptorū filioz: quod ubi Mithridates cognouit: & ipe pari im

puđetia Gordiũ Romã mittit: qui senatui affereret pueꝛe cui cappadociã regnũ tradiderat: ex
eo Ariarathe genitũ: qui bello aristonico auxilia romanis ferẽs cecidisset: sed senatus studia re
gũ itelligẽs aliena regna falsis noĩbus dare noluit: & Mithridati cappadociã & Nicomedi ad so
latiũ eius Paflagoniã adẽit, ac ne cõtumelia regũ foret adẽptũ illis: quod aliis daret: uterq; po
pulus libertati donatus ẽ. Sed cappadoces munus libertatis abnuẽtes negãt uiuere gẽtẽ sine re
ge posse. Atq; ita rex illis a senatu Ariobarzanes cõstituit. Erat eo tpe Tigranes rex armenia
obses a parthis ante nõ multũ tẽpus datus: nec oli ab iisdẽ i regnũ paternũ remissus. Hũc Mi
thridates ad societate Romani belli quod oli meditabant: pelicere cupiebat. Nihil igit de of
fensa romanorũ sentiẽtẽ p Gordiũ ipellit: ut Ariobarzãi legni admodũ bellũ iferat: & nequis
dolus subesse uideret: filiã Cleopatã ei i matrimoniũ tradidit. Priõ ergo aduẽtu Tigrãis Ario
barzanes sublatis rebus suis Romã cõtẽdit. Atq; ita per Tigranẽ rursus cappadocia iuris esse
Mithridatis cõepit. Eodẽ tẽpore mortuo Nicomede etiã filius eius & ipse Nicomedes regno
a Mithridate pellit: qui cũ supplex Romã uenisset: decernitur in senatu: ut uterq; in regnũ suũ
restituatur: in quod tamẽ missi Aquilius Malius & Malthinius legati. His cognitis Mithridates
societate cũ Tigrane bellũ aduersus Romanos gesturus iũgit: pactiq; iter se sũt: ut urbes agricq;
Mithridati: homines uero & quacũq; auferre possent: Tigrani cederent. Post hæc Mithrida
tes itelligẽs qũtũ bellũ suscitaret: legatos ad Cimbro alios ad Gallogracos: & Sarmatas Ba
starnasq; auxiliũ petitũ mittit. Nã oẽs has gentes cũ romanũ meditare bellũ uariis beneficio
rũ muneribus iã ante illexerat. A scythia quoq; exercitũ uenire iubet: oẽmq; orientẽ aduersus
romanos armat. Nõ igit magno labore Aquiliũ & Malthiniũ asiano exercitu istructos uicit: q
bus simul cũ Nicomede pulsus igẽti fauore ciuitatũ excipit multũ ibi auri argẽtiq; studio ue
teꝛe regũ magnũq; belli apparatũ inuenit: quibus istructus debita ciuitatibus publica & priua
ta remittit: & uacationẽ qnquẽnio cõcedit. Tũc ad cõcionẽ milites uocat: eosq; uariis exhorta
tionibus ad Romana bella siue asiana incitat. Quã orationẽ dignũ duxi eius exẽplũ breuitati
huius operis inserere: quã obliquã Põpeiũ Trogus exposuit: quoniã i Liuiõ & Salustio repre
hẽdit: quod cõciones direptas pro sua oratione opi suo iferẽdo historiaẽ modũ excesserit. Op
tadũ sibi fuisse ait: ut de eo liceret cõsulere: bellũ ne sit cũ Romanis an pax habẽda: qn uero sit
resistẽdo ipugnãtib; nec eos quidẽ dubitare qui spe uictoria careãt. Quippe aduersus latro
nes si nequeãt pro salute: pro ultiõẽ tamẽ sua oẽs ferrũ strigere. Cæteꝛq; nõ id agit: an liceat
gescere: nõ tãtũ aĩo hostiliter sed ẽt plio cõgressis cõsulere: q; ratioẽ ac spe cõcepta bella sustineãt
ẽẽ tamẽ sibi uictoriaẽ fiducia: si sit illis aĩus. Romãosq; uici posse cognitũ nõ sibi magis q; ipis
militibus: q; & i bithynia Aqliũ: & Malthyniũ i cappadocia fuderit: at si qdẽ aliena magis exẽ
pla q; sua expimẽta moueãt: audire se a Pyrrho rege epiꝛi nõ a plius q; quicq; milibus macedonũ
istructo fusos tribus plis romanos. Audire Annibalẽ sedeciãnos italiaẽ uictore imoratu: &
qui ipsã caperet urbe: nõ Romanorũ illi uires obstitisse: sed domesticaẽ æmulatiõis atq; iuidiaẽ
studiu. Audire populos trãsalpinã galliaẽ italiaẽ igressos maxis eã plurimissq; urbibus possidere
& latius aliquãto solũ finiu: q; i asia: quã dicat i bellis eosdẽ gallos occupasse: nec uictã solũ di
ci Romã a gallis sed etiã captã: ita ut unius illis mõtis tãtũ cacumẽ reliqueret: nec bello hostẽ
sed p̄cio remotũ. Galloꝛ autẽ nomẽ: quod semp Romanos terruit: in p̄te uiriũ suaz ipse ha
beat. Nã hos qui asia icolũt: gallos ab illis: qui italiaẽ occupauerãt: sedibus tãtũ distare: originẽ
qdẽ ac uirtutẽ genũsq; pugnaẽ: idẽ habere: tãtoq; his sagaciora: eẽ igenia q; illis quãto longiori
ac difficiliõri spacio per illyricũ thraciãq; pdierũt pene opiosius trãsitis illoꝛ finibus q; ubi cõ
sedere possessis. Iã ipsã italiaẽ audire se nuq; ut Roma cõdita sit satis illi pacatã sed assidue p oẽs
annos, p libertate alios cõtra quosdã etiã pro iure ipũ bellis cõtinuis perseuerasse: quot a mul
tis ciuitatibus italiaẽ deletos romanorũ exercitus ferri a qbusdã nouo cõrumeliaẽ more sub iu
gũ missos: ac ne ueteribus imoremur exẽplis hoc ipso tẽpore uniuersã italiaẽ bello marsico cõ
surrexisse nõ iã libertate sed cõfortiũ ipũ ciuitatisq; poscẽtẽ. Nec grauius uicino italiaẽ bello q;
domesticis p̄cipũ factiõibus urbẽ premi: multoq; piculosus accessisse italico ciuile bellũ: si
mul & a germania cimbro imẽsã illã seroꝛ atq; imitiũ populorũ more procellã inundasse
italiaẽ: quorũ rã& si singula bella sustinere romani possent: uniuersis tamẽ obruant: ut ne uaca
tuos qdẽ bello suo putet. Vtẽdũ igit occasiõẽ & rapiẽda icremẽta uiriũ: ne si illis occupatis q
euerit: mox aduersus uacuos & getos maius negociũ habeãt. Nõ eni quaeritur an capiẽda sit
arma: sed utꝛe sua potius occasiõẽ an illoꝛ. nã bellũ equidẽ iã tunc secũ ab illis geri cõceptũ: cũ
sibi pupillo maiore Phrygiã ademerint: quã patri suo p̄miũ dati aduersũ Aristonicũ auxiliũ
cõcesserãt: gẽtẽq; quã & pro auo suo Mithridati Seleucus Callimachus i dotẽ dedisset. Quid

Ora pulch
nitendã ad op. uerũ

cum Paphlagonia se decedere iusserunt: non altere illud genus belli fuisse: quae non ui non armis sed adoptione restamenti & regum domesticorum interitu hereditaria patri suo obuenerat: cum iter hanc decretorum amaritudinem parado non tamen eos mitigaret: quin acerbius se in dies gerat non obtinuisse: quod enim a se non praebitum illis obsequium non phrygia Paphlagoniaque dimissas: non cappadocia filium eductum quam iure gentium uictor occupauerat. Raptam tamen sibi esse uictoria eius ab illis quoque nihil est nisi bello quaesitum non regem bithyniae Cresto: in quem senatus arma decreuerat: a se in gratiam illorum occisum: tamen nihilominus imputari sibi siqua Gordius aut Tigranes faciat: libertatem etiam in contumeliam sua senatu ultro delatam cappadociae quam reliquis gentibus abstulerunt: deinde populo Cappadocum pro libertate oblata Gordium regem orantem ideo tanquam amicus suus esse non obtinuisse Nicomedem praeepto illorum bellum sibi intulisse: quia iustus ierit Mithridates: ab ipsis uictum obuictum: & nunc eam secum bellandi causam illis fore: quod non ipse se Nicomedem laceratum Saltatricis filio praebuerit. Quippe non delicta regum illos sed uires ac maiestatem insequi: neque in se uno sed in aliis quoque omnibus hac semper arte grassatos: sic & auum suum Pharnacem per cognitionum arbitria succidaneum regi Pergameno Eumeni datum: sic rursus Eumenem: cuius classibus primum in asia fuere transuecti: cuius exercitu magis quam suo & magnum Antiochum & gallos in asia & mox in macedonia regem Persem domuerat: & ipsum pro hoste habitum eius interdictum italia: & quod cum ipso deforme sibi putauerat: cum filio eius Aristonico bellum gessisset: nullius apud eos maiora quam Masinissae regis Numidarum haberi merita. Hinc imputari uictum Annibalem: hinc captum Syphacem: hinc Carthaginem deletam: hinc inter duos illos africanos tertium seruatore urbis referri: tamen cum huius nepote bellum modo in africa gestum adeo inexpressibile ut ne uictum quidem memoriae patris donaret: quin carcerem ac triumphum spectaculum experiretur. Hanc illos omnibus regibus regem odiorum dixisse: scilicet quia ipsi tales reges habuerint: quorum etiam nominibus erubescant: aut pastores aboriginum aut aruspices sabinorum: aut exules corynthiorum: aut seruos uernasque Thuscum: aut & quod honoratissimum nomen fuit iter hos superbos: atque ut ipsi ferunt conditores suos Iuperae uberibus alios: sic omnem illum populum luporum animos habere inexpressibiles sanguinis atque imperii diuitiarumque auidos ac ieiunos. Se autem seu nobilitate illis comparet: clarior illa colluuium conueniam esse: qui paternos maiores suos a Cyro Darioque conditoribus perfici regni maternos a magno Alexandro ac Nicanore Seleuco conditoribus imperii Macedonici referat: seu populis eorum conferat suos: eorum se gentium esse: quae non modo romano imperio sint pares: sed macedonico quoque obstiterint. Nullam subiectam sibi gentium ex parte peregrina impia: nullis unquam nisi domesticis regibus paruifese. Cappadociam uelint an Paphlagoniam recedere: rursus potum an bithyniam: itaque Armeniam maiorem minoremque: quae gentium nullam neque Alexander ille qui totam pacauit asiam: nec quicquam successorum eius aut posterorum attigisset. Scythiam duos unquam ante se reges non pacare: sed tantum intrare aulos Darium & Philippum: aegre inde fugam sibi expedisse: unde ipse magnam partem aduersus romanos uirum haberet: multoque se timidius ac diffidentius bella pontica ingressum: cum ipse rudis ac tyro esset scythiae praeter arma uirtutemque animi: locorum quoque solitudinibus uel frigidibus instructae: per quae denunciaretur ingens militiae labor ac periculum inter quas difficultates nec spes quaedam premii foret ex hoste uago: nec tantum pecuniae sed etiam sedis inopiae: nunc se diuersam belli conditionem ingredi. Nam neque caelo Asiae esse temperatius aliud: nec solo fertilius: nec urbium multitudine amoenius: magnamque temporis partem non ut militiam sed ut festum diem acturos: bello dubium facili magis an ubertissimum: aut proximas regni attalici opes: aut ueteres Lydiae ioniaeque audierit: quas non expugnatum ante sed possessum: tantumque auda asia ut etiam uocibus uocet: adeo illis odium Romanorum incussit rapacitas pro consulum exactio publicanorum: calumniae litium. Sequantur se modo fortiter & colligant: quid se duce possit efficere tantus exercitus: quem sine cuiusque militum auxilio sua & unius opera uiderint Cappadociam caelo rege cepisse: qui solus mortalium pontum omnem scythiamque pacauit: quam nemo ante transire tuto atque adire potuerit. Namque iusticiae atque libertatis suae ne ipsos milites quin experiantur testes effugere & illa iudicia habere quod solus regum omnium non paterna solum uerum etiam externa regna hereditatibus propter munificentiam acquisitam possideat colchos: Paphlagoniam: Bosphorum. Sic excitatis militibus post annos. xxiii sumpti regni in romana bella descendit. Atque in aegypto mortuo rege Ptolemaeo ei qui Cyrenis regnabat Ptolemaeo: per legatos regnum & uxor Cleopatra regina soror ipsius defertur. Latus igitur hoc solo Ptolemaeus: quod sine certamine fratrum regnum recepisset: quod subornari & a matre

Cleopatra & fauore principum fratris filium cognouerat: cæteræ infestus omnibus statim ubi alexandriam ingressus est: fautores pueri trucidari iussit: ipsum quoq; die nuptiarum: quibus matrem eius in matrimonium recipiebat: inter apparatus epularum & solennia religionum in complexu matris interficit: atq; ita torum sororis cæde filii eius cruentus ascendit. Post qd non mitior in populares: qui eum in regnum uocauerant fuit. Siquidem peregrinis militibus licentia cædis data: omnia sanguine quottidie manabant: ipsamq; sororem filia eius uirgine p uim stuprata & in matrimonium adscita repudiat: quibus rebus territus populus in diuersa labitur: patriamq; metu mortis exul relinquit. Solus igitur in tanta urbe cum suis relictus Ptolemæus: cum regem se non hominum sed uacua ædium uideret: edicto peregrinos sollicitat quibus confluentibus obuius legatis romanor; Scipioni africano & Spurio Mumio: & L. Metello: qui ad inspicienda socior; regna ueniebant: procedit: sed q̄ cruentus ciuibus omnibus tam ridiculus romanis fuit. Erat enim & uultu deformis & statura breuis & sagina uentris nō homini sed belluæ similis: quā foeditatem nimia subtilitas & perlucida uestis augebat: prorsus quasi astu inspicienda præberentur: quæ omni studio occultanda pudibundo uiro erant. Post discessum deinde legator; quorum africanus dum aspicit urbem spectaculo Alexandrinis fuit. Ptolemæus iam etiam populo peregrino inuisus cum filio: quem ex sorore susceperat & cum uxore matris pellice metu insidiarum tacitus in exilium proficiscitur: contracto mercenario exercitu bellum sorori pariter ac patriæ infert. Accersitum maximum deinde a cyrenis filiū ne eum alexandrinis contra se regem crearent: interficit. Tunc populus statuas & imagines eius detrahit. Quod factum studio sororis existimans: filium quem ex sua susceperat: interficit: corpusq; in membra diuisum & in cista imposita matri die natali eius inter epulas afferri curat. Quæ res non reginæ tantum uerumetiam uniuersæ ciuitati acerba & luctuosa fuit tantumq; in cœrorem festiuissimo conuiuio intulit: ut regia omnis repentino luctu incidere tur. Verso igitur studio principum ab epulis in exequias membra lacerata populo ostendunt: & quid sperare de rege suo debeant: filii cæde demonstrant. Finito luctu orbitatis Cleopatra cum urgeri se fraterno bello uideret: auxilium a Demetrio petit Syriæ rege per legatos eius: cuius ipsi uarii & memorabiles casus fuere: nanq; Demetrius: ut supra dictum est: cum bellum parthis intulisset: & multis congressionibus uictor fuisset: repente circumuentus insidiis amisso exercitu capitur. Cui Arsacides parthorum rex magno & regio animo misso in bithynia nō cultum tantum regnum præstitit: sed & filiam in matrimonium dedit. Regnumq; Syriæ: qd per absentiam eius Trypho occupauerat: restitutum promittit. Post huius mortē desperato reditu non ferens captiuitatē Demetrius priuatā & si opulentam uitā præsus tacitus i regnū fugam meditatus hortator illi ac comes Calimander amicus erat: qui post captiuitatem eius a Syria per Arabiæ deserta ducibus pecunia comparatis particho habitu babyloniam peruenerat. Sed fugientem Phrahartes qui Arsacidæ successerat: equitum celeritate per compendiosos tramites occupatū retrahit. Ut est deductus ad regem Calimandro quidem non tantum uenia uerumetiam premium fidei datum. Demetrium autem & grauiter castigatum ad coniugem in Hyrcaniam remittit: & arctioribus custodibus obseruari iubet. Interiecto deinde tempore cum finem illi etiam suscepti liberi facerent: eodem amico comite repetita fuga est: sed pari infelicitate prope fines regni sui reprehenditur: ac denuo perductus ad regem ut inuisus a conspectu summouetur. Tunc quoq; uxori & liberis donatus in hyrcaniam pœnalem sibi ciuitatem donatam remittitur: talisq; aureis ad exprobratiōem puerilis leuitatis donatur: sed hanc tam parthorum mitem in Demetrium clæmentiam non misericordia gentis nec respectu cognationis faciebat: sed quod syriæ regnum affectabant usuri Demetrio aduersus Antiochum fratrem: prout res uel tempus uel fortuna belli exegisset. His auditis Antiochus occupandum bellum ratus exercitum: quem multis finitimorum bellis indurauerat: aduersus Parthos ducit: sed luxuriæ non minor apparatus q̄ militiæ fuit. Quippe. viii. milia armatorum secuta sūt trecēta milia lixarum: ex quibus coquor; pistor; scænicor;q; maior numerus fuit: argenti certe auriq; tātū: ut etiā gregarii milites caligas auro fingerēt: pculcarētq; materiā: cuius amore populi ferro dimicāt culinæ quoq; argentea istrumēta fuere prsus: q̄ si ad epulas nō ad bella pgerēt. Adueniēti Antiocho multi oriētales reges occurrere tradētes se regnaq; sua cū execratiōe supbiæ pthicæ: nec mora cōgressiōi fuit. Antiochus tribus preliis uictor babyloniam cū occupasset: magnus haberi cœpit. Itaq; omnibus ad eum deficientibus populis nihil parthis relictum præter patrios fines fuit. Tunc Phrahartes Demetrium in Syriam ad occupandū re-

gnum cum parthico praesidio mittit: ut eo pacto Antiochus ad sua tuenda a parthia reuocaretur. Interim quoniam uiribus non poterat insidiis Antiochum ubique tentabat: propter multitudinem hominum omnem exercitum suum Antiochus per ciuitates in hyberna diuiserat: quae res exitii causa fuit. Nam cum grauari se copiarum praebitione & iniuriis militum ciuitates uiderent: ad parthos deficiunt: & die statuta omnes apud se diuisum exercitum per insidias ne inuicem ferre auxilia possent: aggrediuntur: quae cum nunciata Antiocho essent: auxilium proximis laturus cum ea manu quae secum hyemabat: progreditur in itinere obuium regem parthorum habuit: aduersus quem fortius quam exercitus eius dimicauit. Ad postremum tamen cum uirtute hostes uincerent: metu suorum desertus occiditur. cui Phrahartes exequias regio more fecit: filiamque Demetrii quam secum Antiochus adduxerat captus amore uirgine uxorem duxit. Poenitere deinde dimissi Demetrii coepit: ad quem retrahendum cum turmas equitum festinanter misisset. Demetrium hoc ipsum metuentem iam in regno missi inuenerunt: frustra quoque omnia conati ad regem suum reuersi sunt.

IUSTINI HISTORICI LIBER. XXXVIII

Antiocho in parthia cum exercitu deleto frater eius Demetrius obsidione parthorum liberatus ac restitutus in regnum: cum omnis Syria in luctu propter amissum exercitum esset quasi parthica ipsius ac fratris bella: quibus alter captus alter occisus erat: prospere gessissent: ita aegypto bellum inferre statuit: regnum aegypti Cleopatra socru precium auxilium aduersus fratrem suum pollicente. Sed dum aliena affectat: ut assolet: fieri propria per defectionem Syriae amisit. Siquidem Antiochenes primi duce Triphone execrantes superbiam regis: quae conuersatione parthice crudelitatis intolerabilis facta erat: mox Apamenii caeteraque ciuitates exemplum secutae per absentiam regis a Demetrio defecere. Ptolemaeus uero rex aegypti bello ab eodem petitus cum cognouisset Cleopatram sororem suam opibus aegypti nauibus impositis ad filiam & Demetrium generum in Syriam profugisse: immittit iuuenem quemdam aegyptium Protarchi negociatoris filium: qui regnum Syriae armis peteret. Et composita fabula quasi per adoptionem Antiochi regis receptus in familiam regiam esset: nec Syriis quelibet regem aspernantibus ne Demetrii paterent superbiam: nomen iuueni Alexander imponitur: auxiliaque ab aegypto ingentia mittunt. Interea corpus Antiochi interfecti a rege parthorum in loculo argenteo in sepulturam in Syriam remissum peruenit: quod cum ingenti studio ciuitatum & regis Alexandri ad firmandam fabulae fidem excipitur: quae res illi magnam fauorem popularium conciliauit: omnibus non fictas in eo sed ueras lachrymas existimantibus. Demetrius autem uictus ab Alexandro cum undique circumstantibus malis premeretur: ad postremum etiam ab uxor filiique deseritur. Relictus igitur cum paucis seruulis cum Tyrum religionem templi se defenditurus petisset: nauis egrediens praefecti iussu interficitur. Alter ex filiis Seleucus quoniam sine matris auctoritate diadema sumpsisset: ab eodem interficitur. Alter ex filiis cui propter nasi magnitudinem cognomen Grypho fuit: rex a matre haecenus constituitur: ut nomen regis penes filium: uis autem omnis imperii penes matrem esset. Sed Alexander occupato Syriae regno tumens ex successu regis spernere iam etiam ipsum Ptolemaeum: a quo fuerat in regno ornatus: superba insolentia coepit. Itaque Ptolemaeus reconciliata sororis gratia destruere Alexandri regnum: quod odio Demetrii uiribus suis acqisierat: sumis opibus instituit. Mittit ergo in graeciam Grypho auxilia & filiam Gryphinam Grypho nupturam: ut populos in auxilium nepotis non societate tantum belli: uerum etiam affinitate sua sollicitaret: nec res frustra fuit. Nam cum omnes Gryphum instructum aegyptiis uiribus uiderent: paulatim ab Alexandro deficere coepere. Fit deinde iter eos plium: quo uictus Alexander Antiochia profugit. Ibi inops pecuniae cum stipendia militibus desensent: templo Iouis solidum ex auro uictoriae signum tolli iubet: faceretis iocis sacrilegium circumscribens. Nam uictoria commodata sibi a Ioue esse dicebat. Interiectis deinde diebus cum ipsius Iouis aureum simulacrum in finiti poderis tacite euelli iussisset: dephensusque in sacrilegio concursu multitudinis in fugam esset uersus: magna uirtute restatis oppellus ac desertus a suis a latronibus capitur: productusque ad Gryphum iterfecit. Gryphus porro recuperato patrio regno externisque periculis liberatus insidiis matris appetit: quae cum cupiditate dominatiois perditio marito Demetrio & altero filio interfecto huic quocumque uictoria inferiori dignitatem suam facta doleret uenienti ab exercitatioe ueneni pocu

lum obtulit. Sed Gryphus prædictis ante iam insidiis ueluti pietate cū matre certaret bibere ipsam iubet: abnuenti instat. Postremū prælato indice eam arguit: solam defensionem sceleris supereisse affirmans si bibat: quod filio obtulit. Sic uicta regina scelere in se uerso ueneno: quod alii parauerat: extinguit. Parta igit regni securitate Gryphus octo annis quæte & ipse habuit: & regno suo præstitit. Natus deinde illi est æmulus regni frater ipsius cyricoenus eadē matre genitus sed ex Antiocho patruo susceptus: quæ cum ueneno tollere uoluisset: ut maturius cum eodem armis de regno contēderet: excitauit. Inter has regni syriæ parricidiales discordias moritur rex ægypti Ptolemæus regno ægypti uxori & alteri filio: quæ illa legisset relicto uidelicet quæsi quætor ægypti status quæ syriæ regnū esset: cum mater altero ex filiis electo alteræ hostē esset habitura. Igitur cū prior in minorē filiū esset: a populo cōpellit maiorē eligere: cui prius quæ regnū daret: uxorē ademittit: cōpulsūque repudiare carissimā sibi sororē Cleopatram minorē sororē Selaucem ducere iubet: non materno iter filias iudicio cū alteri maritum eriperet: alteri daret. Cleopatra uero non tam a uiro repudiata quæ a matre diuortio uiri dimissa Cyricoeno in syria nubit: eiq; ne nudū nomen uxoris afferret: exercitū Cypri sollicitatū uelut dotale ad maritū deducit. Par igitur uiribus iam factus Cyricoenus plū cōmittit: ac uictus in fugā conuertit. Antiochiāq; uenit. Tūc Antiochiā Gryphus in qua erat Cyricoeni uxor Cleopatra obsidē cœpit: qua capta Gryphina uxor Gryphi nihil antiquus quæ sororem Cleopatram regi iussit: non ut captiuæ opē ferret: sed ne effugere captiuitatis mala posset: quæ sua æmulatione in hoc potissimū regnū iuaserit hostiq; sororis nubēdo: hostē se eius effecerit: tū peregrinos exercitus in certamina fratrum adductos: cū repudiatam a fratre contra matris uoluntatē extra ægyptum nuptā accusat. cōtra Gryphus orare ne tam foedū facinus facere cogat a nullo uq; maioræ suorū iter tot domestica bella tot externa post uictoriā in foeminas sæuitū: quæ sexus ipse & piculis bello & sæuitiæ uictorū eximat. in hac uero præter cōmune bellatū nefas accedere necessitudine sanguis. Quippe ipsius quæ tam cruenta sæuiat sororē eadē germanā esse suā uero cōsobrinā: liberorū deinde cōmuniū materterā. His tot necessitatibus sanguis adiicit supstitutionē tēpli: quo abdita. p̄fugerit: tātōq; religiosius colēdos deos sibi quo magis his p̄pitiis ac fauētibus uicisset: tū neq; occisa illa se uirū quæq; Cyricoeno dēpturū: nec seruaturū reddita. Sed quō Gryphus abnuitt tātō soror muliebri p̄tinacia accēdit rata non misericordiæ hæc uerba sed amoris eē. Itaq; uocatis ipsa militibus mittit: quæ sororē cōfoderēt: quæ ut in tēplū itrauerūt cū euellet eā non possent: manus ap̄plexates deæ simulacrū p̄ciderūt. Tūc Cleopatra execratiōe parricidæ mūdāta uiolatis numibus in ultionē sui decidit. Nec multo post repetita plū cōgressiōe uictor Cyricoenus uxorē Gryphi Gryphinā quæ pauloante sororē interfecerat: capit: eiusq; supplicio uxoris manibus parentauit. At in ægypto Cleopatra cū graueret socio regni filio Ptolemæo populū in eū icitat: abductaq; ei Seleuce uxore eo indignius: quod ex Seleuce iam duos filios habebat: exulare cogit. Accersito minori filio Alexandro & rege in locū fratris cōstituto: nec filiū regno expulisse cōtēta bello cypri exulatē p̄sequit. Vnde pulso interficit ducē exercitus sui: quæ uiuū eū e manibus emisisset: quæ Ptolemæus uerecūdia materni belli non uiribus minor ab insula recessisset. Igitur Alexander territus ac matris crudelitate: & ipse eā reliquit piculoso regno securā: acturā uitā anteponēs. Cleopatra uero timens ne maior filius Ptolemæus ab Cyricoeno ad recuperandū ægyptū auxiliis iuaret: iugētia Grypho auxilia & Seleucē uxorē nupturā hosti prioris mariti mittit: Alexandrūq; filiū p̄ legatos in regnū reuocat: cui cū occultis insidiis exitiū machinaret occupata ab eodē interficit: spiritūq; non facto sed parricidio dedit. Indigna prorsus hac mortis infamia: quæ etiam matrem thoro expulsi: & duas filias uiduas alterno fratrum matrimonio fecit: & filio alteri in exilium acto bellum intulit: alteri erepto regno exitium per insidias machinata est. Sed nec Alexandro caedes tā nefanda inulta fuit. Nam ubi primum compertum est per scelus filii matrem interfectam: concursu populi in exilium agit. Reuocatoq; Ptolemæo in regnum reddit: qui neq; cum matre bellum gerere uoluisset: nec a fratre armis repetere: quod prior possedisset. Dum hæc agitur: frater eius ex pellice susceptus: cui pater Cyrenarum regnum testamento reliquerat hærede populo Romano instituto decessit. Iam enim fortuna Romana porrigere se ad orientalia regna non contenta italiæ terminis cœperat. Itaq; & ea pars libyæ prouincia facta est. postea creta ciliciāq; piratico bello p̄domitæ in formā prouinciæ redigunt. Quo pacto & syriæ & ægypti regna uicinitate romana arctata: quæ incrementa de finitimis bellis quærere solebant: adempto uacandi arbitrio uires suas in perniciem suam conuenterūt: adeo ut assiduis præliis cōsumpti in contemptū finitimorū uenerint: prædæq; arabū genti imbelli antea fuerint: quoque rex Herotimus fiducia sexcentorū quos filiorū ex pellicibus susceperat diuisis exercitibus nūc

ægyptū: nūc Syriam infestabat: magnūq; nomen arabū uiribus finitimoz; exagūibus fecerat.


IVSTINI HISTORICI LIBER. XL.



DVtuis fratru odiis: & mox filioꝝ inimiciis parentu succedetibus: cu inexplabili bello & reges & regnu syria consumptu esset: ad externa populus auxilia concurrat: peregrinosq; sibi reges circūspicere coepit. Itaq; cu pars Mithridatem ponticu: pars Ptolemæu ab ægypto arcessendu censeret: occurreretq; & Mithridates implicitus bello Romano esset. Ptolemæus quoq; hostis syria superfuisset: omnes i Tigranem regem armenia consenserunt: instructu præter domesticas uires parthica societate & Mithridatis affinitate. Igit accitus i regnum syria per. xviii. annos tranquillo regno potitus est: neq; bello alium laceffere: neq; laceffitus i ferre alii bellu necesse habuit. Sed sicut ab hostibus tuta syria fuit ita terramotu uastata est: quo. c. lxx. hominu milia & multæ urbes perierunt. Quod pdigiū mutationem regz portendere aruspices responderunt. Igit Tigrane a Lucullo uicto rex syria Antiochus Cyricceni filius ab eodẽ Lucullo appellat. Sed quod Lucullus dederat: postea ademit Pompeius: q; posteti regnu respondit ne uolenti qdẽ syria nedu recusanti datuz; se regem: qui xviii. anos: q; bus Tigranes syriam tenuit: i angulo cilicia latuerit. Victo aut eodem Tigrane a Romanis alieni operis p̄mia postulet. Igit ut habenti regnu non ademerit: ita quo cesserit Tigrani non datuz; quod tueri nesciat: ne rursus syriam iudeoz; & arabu atrociniis ifestam redat. Atq; ita syriam in prouincia formam redigit: paulatiqu oriens romanoz; discordia cōsanquinoꝝ regum factus est.

Terremoto Intens

IVSTINI HISTORICI LIBER. XLI.



DArthi penes quos uelut diuisione orbis cu Romais facta nūc orientis impiu est: scythaz; exules fuerunt: hoc etiam ipsoꝝ uocabulo manifestat. Nam scythico sermone p̄thi exules dicunt. Hi & assyrioz; & medoz; t̄pibus iter orientales populos obscurissimi fuere. Postea quoq; cu impiu orientis a medis ad p̄las trālatu est: ueluti uulgu sine noie p̄da uictoꝝ fuere. Postremo macedonibus triūphato oriente seruiert: ut cuius mixz; uideat: ad t̄tam eos felicitate p̄ uirtute p̄uectos: ut imperet gentibus sub quaz; impio ueluti seruile uulgu fuere. a Romanis quoq; trinis bellis p̄ maximos duces florentissimis t̄pibus laceffiti soli ex oibus gentibus nō solu pares: ueꝝ etiam uictores fuere: q̄q; plus gloria sit iter assyria & medica p̄sicaq; memorata oli regna: & opulentissimu illud mille urbiu bactrianu impiu emergere potuisse: q̄ longinqua bella uicisse. Præterea cum grauib; scythis & uicinalibus bellis assidue uexati uariisq; piculoꝝ certaminibus urgerent: hi domesticis seditionibus scythia pulsi solitudines iter hyrcaniam: & dacas: & areos: & spartanos: & magianos furtim occupauerunt. Deinde itercedentibus primo finitimis: postea etiam phibetibus i t̄cum ptulere: ut nō imēsa t̄tum iam ac p̄funda campoꝝ: ueꝝ etiā prupta collium mōtiumq; ardua occupauerit. Ex quo fit: ut parthia plæraq; finium aut æstus aut frigoris magnitudo possideat: q̄ppe cum mōtes nix & cāpos æstus ifestet. Administratio gētis post defectione Macedoici ipii sub regibus fuit. Proximus maiestati regu populoz; ordo ē: rex hoc duces i bello: rex hoc retores i pace habent. Sermo iter scythicu meduq; medius & utriusq; mixtus: uestis oli sui moris: postea q̄ accessere opes ut medis: plucida ac fluida: armoꝝ patrius ac scythius mos. Exercitū nō ut alia gētes liberoꝝ sed maiore parte seruoꝝ habet. Quoꝝ uulgu nulli manumittedi p̄tate pmiffa: ac p̄ hoc oibus seruis nascētibus idies crescit. hos pari cura ac liberos suos habent: & eq̄taf & sagittare magna idustria docent. Locupletissimus ut q̄sq; est: ita plures i bello eq̄tes regi suo p̄bet. Deniq; Antonio bellu p̄this i fereti cu. L. milia eq̄tu occurreret soli. cccc. liberi fuere. Cōminus i acie p̄liari nesciūt: obsessaq; expugnare urbes: pugnāt aut p̄currentibus eq̄s aut terga dātibus. sæpe etiā fugā simulāt: ut icautiores aduersus uulnera ifequētes habeāt signū his i p̄lio nō tuba sed tympano dāt: nec pugnare diu possunt. Cæterez; itoleradi forēt si q̄tus his ipetus ē: uis t̄ta & perseueratia esset. Plerunq; i ipso ardore certaminis prælia deserunt: ac paulo post pugnam ex fuga repetunt. & cum maxime uicisse te putes: tunc tibi discrimen subeundum

quod off. cum ouis

fit. Munimentum ipsis equisque loricae plumatae sunt: quae utrumque toto corpore regunt. Auri
argenteisque nullus nisi in armis usus. Vxoress dulcedine uariae libidinis singuli plures habent: nec
ulla delicta adulteriis grauius uindicant. Quam ob rem foeminis non conuiuia tantum zelo ui-
rog: uerum etiam conspectum interdicit. Carne non nisi uenatibus quaesita uescunt. Ego omni tempore ue-
ctat: illis bella: illis conuiuia: illis publica ac priuata officia obeunt. super illos ire: consistere: mercari:
colloqui: hoc denique discrimen iter seruos liberosque esse: quod serui pedibus liberi non nisi equis ince-
dunt. Sepultura uulgo aut auium aut canum laniatus est. Nuda demum ossa terra obruant. In supersti-
tionibus ad curam deorum praecipua omnibus ueneratio est. Ingenia genti tunda: seditiosa: fraudu-
lenta: prociacia: quippe uolentiam uiris: mansuetudinem mulieribus assignant. Semp aut in exter-
nos aut in domesticos motus inquieti: natura taciti: ad faciendum quam ad dicendum propiores. Proin-
de secunda aduersaque silentio tegunt. Principibus metu non pudore parent. in libidine praecitati: in ci-
bum parci: fides dictis promissisque nulla: nisi quatenus expedit. Post mortem Alexandri magni cum
iter successores eius orientis regna diuiderent: nullo Macedonum dignate pthorum imperium Stage-
nori externo socio tradit. Hi postea seductis macedonibus in bellum civile cum caeteris superioris asiae
populis Eumenem secuti sunt: quo uicto ad Antigonus transiere. Post hunc a Nicatore Seleuco ac
mox ab antiocho & successoribus eius possessa: cuius nepote Seleuco primo defecere. Primum
punico bello Lucio Manilio Pisoni: Attilio Regulo consulibus huius defectionis impunitatem
illis duorum fratrum regum Seleuci & Antiochi discordia dedit: quod dum sibi uicem eripere regnum uo-
lunt: praeseque defectores omiserunt. Eodem tempore etiam Theodotus mille urbium Bactrianorum praese-
ctus defecit: regemque se appellari iussit: quod exemplum secuti totius orientis populi a macedoni-
bus defecere. Erat eo tempore Arsaces uir sicut incertae originis: ita uirtutis ex parte. Hic solitus
latrocinii & rapto uiuere accepta opinione Seleucum a gallis in asia uictum solutus regis metu cum
pardonum manu parthos ingressus praeseptum eorum Mandragoram oppressit: sublatoque eo imperium gen-
tis iuasit. Non magno deinde post tempore Hyrcanorum quoque regnum occupauit: atque ita duarum ciui-
tatum impio praeditus grandem exercitum parat metu Seleuci & Theodoti Bactrianorum regis.
Sed cito morte Theodoti metu liberat: cum filio eius & ipso Theodoro foedus ac pacem fecit. nec
multo post cum Seleuco rege ad defectores praesequendos ueniens congressus uictor fuit: quem diem
parthi exinde solent uelut initium libertatis obseruare. Reuocato deinde Seleuco nouis motibus
in Asia dato laxamento regnum pthicum format: militem legit: castella munit: ciuitates firmat: urbes
quoque nomine claram in monte thabortheno condit: cuius loci ea conditio est: ut neque minus quicquam
esse: neque amoenius possit. Ita enim & praeruptis rupibus undique cingitur: ut tutela loci nullis de-
fensoribus egeat: & soli circumiacentis tanta ubertas est: ut propriis opibus expleatur. iam fontium ac
siluarum ea copia est: ut & aquarum abundantia irrigetur: & uenationum uoluptatibus exornetur. sic Arsaces
quaesito simul constitutoque regno non minus memorabilis parthis: quam persicis Cyrus: macedo-
nibus Alexander: Romanis Romulus maturasenescute decedit: cuius memoriae hunc honorem
parthi tribuerunt: ut omnes exinde reges suos Arsaces nomine nuncupent. Huius filius & successor re-
gni Arsaces & ipse nomine aduersus Antiochum Seleuci filium. C. milibus peditum & xx. milibus equum
instructus mira uirtute pugnauit: ad postremum in societate eius assumptus est. Tertius parthis rex Pa-
patius fuit: sed & ipse Arsaces dictus. nam sicut supra dictum est omnes reges suos hoc nomine sicuti ro-
mani Caesares Augustosque cognominauerunt. Is actis in regno .xii. annis decessit relictis duo-
bus filiis Mithridate & Pharnace: quorum maior Pharnaces more gentis haeres rege ni mardos
ualidam gentem bello domuit: nec multo post decessit: multis filiis relictis: quibus praeteritis
fratri potissimum Mithridati insignis uirtutis uiro reliquit imperium: plus regio quam patrio debe-
ri nomini ratus potiusque patriae quam liberis consulendum. Eodem ferme tempore sicut in par-
this Mithridates ita in Bactris Eucratides magni uterque uiri regna ineunt. Sed parthorum fortu-
na felicior ad summum hoc duce imperii fastigium eos perduxit. Bactriam autem per uaria bel-
la iactati non regnum tantum: uerum etiam libertatem amiserunt. Siquidem sogdianorum &
Dranganitanorum indorumque bellis fatigati ad postremum ab inualidioribus parthis uelut
exangues oppressi sunt. Multa tamen Eucratides bella magna uirtute gessit: quibus attritus
cum obsidionem Demetrii regis indorum pateretur cum .ccc. militibus. Lx. milia hostium as-
siduis eruptionibus uicit. Quinto itaque mense liberatus indiam in potestatem redegit. Unde
cum se reciperet a filio: quem socium regni fecerat: in itinere interficitur: quod non dissimulato par-
ricidio uelut hostem non patrem interfecisset: & praesanguinem eius currum egit: & corpus abiici isepul-
tum iussit. Dum haec apud bactros gerunt: inter iter pthos & medos bellum oritur: cum uariis utrius-
que populi casus fuisset: ad postremum uictoria penes parthos fuit. his uiribus auctus Mithrida

of deo primo rex
parthorum

tes mediæ Bachasum in regno pponit: ipse in hyrcaniam pficiscit. Vnde reuersus bellum cū Elimeoz rege gessit: quo uicto hanc quoq; gentem regno adiecit: imperiūq; parthoz a monte caucaso multis populis in ditioem redactis usq; ad flumē Euphratem ptulit. Atq; ita aduersa ualitudine arreptus nō minor Arface pauo gloriosa senectute decessit.

IVSTINI HISTORICI LIBER. XLII.



ost necem Mithridatis parthoz regis Phrahartes filius eius rex constituit q cum inferre bellum in ultionem tentati ab Antiocho parthici regni syriæ statuisser: scythaz motibus ad sua defendenda reuocat. Namq; scythæ in auxilium parthoz aduersus Antiochum syriæ regem mercede sollicitati cum confecto iam bello superuenissent: in calūnia tardius lati auxiliū mercede fraudarent dolentes tantum eis itineris frustra mensum: cum uel stipē dium pro uexatione uel alium hostem dari sibi poscerent supbo responso offensi fines sparthoz uastate coeperunt. Igit Phrahates cū aduersus scythas pficisceret: ad tutelam regni reliquit Hymeæ quendam pueritiæ sibi flore conciliatū: qui tyrānica crudelitate oblitus & uitæ pteritæ & uicarii officii Babylonios multasq; alias ciuitates importunæ uexauit. Ipse aut Phrahartes exercitum græcoz quem bello Antiochi captū crudeliter supbeq; trauerat: i bellum secū ducit: imemor prfus: q; hostiles eoz animos nec captiuitas minuerat: & insup iniuriæ indignitas exacerbauerat. Itaq; cū inclinatam parthoz aciem uidissent: arma ad hostes trāstulerunt: & diu cupitā captiuitatis ultionem exercitus parthici & ipsius Phrahartis regis cruēta cæde executi sunt. In huius locū Artabanus patruus eius rex substituit: scythæ aut contenti uictoria depopulata parthia in patriam reuertunt. Sed Artabanus bello colchataris illato in brachio uulneratus statim decedit. Huic Mithridates filius succedit: cui res gestæ magnū cognomen dedere. Quippe claritatem parentū æmulatione uirtutis accensus aī magnitudine supergredit. Multa igit bella cum finitimis magna uirtute gessit: multosq; populos parthico regno addidit. Sed & cum scythis, psperere aliquotiens dimicauit: ultorq; iniuriæ parentum fuit: ad postremū Artoadisti armenioz regi bellū intulit. Sed quoniam ad armenia transitum facimus: origo eius paulo altius repetenda est. Neq; enim silentio pteriri tantum regnū fas est: cum fines eius post parthiam omnium regnoz magnitudinem superent. Siquidē armenia a cappadocia usq; undecies centena milia ad mare caspium patet: sed in latitudine milia passuum septingenta porrigit. Condita est autem ab Armenio Iasonis Thessali comite: quem cum perdere ppter insignē periculosamq; regno suo uirtutē Pelias rex cuperet: denūcīta militia in colchos eum abire iubet: pellēq; arietis memorabilem gentibus reportare: sperās interitū uiri aut ex periculo tam longæ nauigationis: aut ex bello tam pfundæ barbariæ. Igit Iason diuulgata opinione tam gloriosæ expeditionis cum ad eum certatim principes iuuenturis totius ferme orbis concurrerent exercitū fortissimoz uiroz: q; argonautæ cognominati sunt: compauit: quem cum magnis rebus gestis incolumē reduxisset: rursus a Pelia filiis thessalia pulsus magna ui cū ingenti multitudie: quæ ad famā uirtutis eius ex oibus gētibus quotidie cōflugebat comite Medea uxore: quā repudiatā miseratione exiliū rursus recepat: & Medo priuigno ab ægæo rege atheniēsiū genito colchos repetiuit: focerūq; etiā regno pulsū restituit. Magna deīde bella cū finitimis gessit: captasq; ciuitates pti regno focerī ad abolēdā supioris militiæ iuriā: qua filiā eius Medea abduxerat: & filiū ægæi ægialū iterfecerat: adiūxit pti populos: quos secū adduxerat: assignauit. Prius hūanoz post Herculē & Libez: q; reges oriētis fuisse tradūt: iē cæli plagā domuisse dicūt: populis qbusdā phrygiū & Asistratū aurigas Castoris & Pollucis duces assignauit: cū albais foedus pcussit: q; Herculē ex Italia ab Albano monte cū Geryone exticto armēta eius pitaliam duceret: secuti dicunt: quiq; memores italicæ originis exercitum. Gn. Pompeii bello Mithridatico fratres saluauerē. Itaq; Iasoni totus ferme oriens ut cōditori diuinos honores tēplaq; constituit: quæ Parmenion dux Alexātri magni post multos ānos dirui iussit: ne cuiusq; nomē ī oriēte uenerabilius q̄ Alexātri eēt. Post mortē Iasonis Medus æmulus uirtutis eius ī honorē m̄is mediā urbē cōdidit: regnūq; & noīe suoz medoz cōstituit: sub cuius maiestate omne postea impiū fuit. Albais uiciæ amazones sūt: q̄rū reginā Thalestrē cōcubitū Alexandri petisse multi auctores pdidef. Armēius quoq; & ipse Thessalus unus de numero ducū Iasonis recollecta multitudie: q; amisso Iasōe rege passim uagabaf

Colchos

Armenia. Vnde

Armen. Vnde. Iason Thessali Pelias Rex

Argonautæ

Medea

Hercules. Libez. Castor pollux

Parmenion. Medus


Armeniam condidit: a cuius montibus tigris fluuius modicis primo incrementis nascitur. In
teriecto deinde aliquanto spacio sub terras mergit: atque itaque post, xxv. milia passuum grande
iam flumen in regione Sophone emergit: ac sic in paludes Euphratis recipit. Igitur Mithridates
rex parthorum post bellum armeniae propter crudelitatem a senatu parthico bello pellit. Fra-
ter eius Horodes cum regno uacans occupasset Babyloniam: quo Mithridates confugerat: diu
obsedit: & fame coactos in deditioem oppidanos compellit. Mithridates autem fiducia co-
gnationis ultro se in potestatem Horodis tradit. Sed Horodes plus hostem quam fratrem cogitans
in conspectu suo trucidari eum iussit: & post haec bella cum romanis gessit. Crassumque impe-
ratorem cum filio & omni exercitu Romano deleuit. Huius filius Pacorus missus ad persequen-
das Romani belli reliquias magnis rebus in syria gestis in parthiam patri susceptus reuocatus:
quo absente exercitus parthorum relictus in syria a Cassio quaestore Crassi cum omnibus du-
cibus trucidatus. His itaque gestis non magno post tempore romanis inter Caesarem Pompeiumque
ciuile bellum oritur: in quo parthi Pompeianarum partium fuere: & propter amicitiam cum Po-
peio bello Mithridatico iunctam & propter Crassi necem: cuius filium in partibus Caesaris esse
se audierant: quem ultorem patris uictore Caesare futurum non dubitabant. Itaque uictis par-
tibus Pompeianis & Cassio & Bruto auxilia aduersus Augustum & Antonium misere. Et post
belli finem rursus Pacoro duce cum Labieno inita societate syriam & asiam uastauerunt. Castra
que Ventidii: qui post Cassium absente Pacoro exercitum parthicum fuderat: magna mole ag-
grediuntur. sed ille simulato timore diu se continuit: & insultare parthos aliquantisper passus est.
Ad postremum in securos latosque partem legionum emisit: quarum impetu fusi parthi in di-
uersa abiere. Pacorus cum fugientes suos abduxisset secum legiones Romanas putaret: castra
Ventidii ueluti sine defensoribus aggreditur. Tunc Ventidius reliqua parte legionum emissam
uniuersam parthorum manum cum rege ipso Pacoro interfecit: nec ullo bello parthi unquam maius
uulnus acceperunt. Haec cum nunciata in parthia essent Horodes pater Pacori: qui paulo ante
uastatam syriam occupatam Asiam a parthis audierat: uictoremque Pacorum romanorum gloria
batur: repente filii morte & exercitus clade audita ex dolore ad furorem uertitur. Multis diebus
non alloqui quenquam: non cibum sumere: non uocem mittere: ita ut mutus factus uideretur. Post
multos deinde dies ubi dolor uocem laxauerat: nihil aliud quam Pacorum uocabat. Pacorus illi uide-
ri: Pacorus audiri uidebat: cum illo loqui: cum illo consistere: interdum quasi amissum sibi
ter dolebat. Post longum deinde luctum alia sollicitudo miserandum senem inuadit: quem ex
numero, xxx. filiorum in locum Pacoro regem constituat. Multae pellices: ex quibus generata tan-
ta iuuentus erat: pro suis quoque quaque sollicitae animi senis obsidebant. Sed factum parthiae
fecit: in qua iam quasi solene est reges parricidas haberi: ut sceleratissimus omnium & ipse Phra-
hates nomine statueretur. Itaque statim quasi nollet mori naturaliter patrem interfecit: fratres quo-
que, xxx. trucidat: sed nec in filiis cessant parricidia. Nam cum infestos sibi optimates propter
assidua scelera uideret: ne esset: qui nominari rex posset: adultum filium interfici iubet. Huic
Antonius propter auxilium aduersus se & Caesarem latum bellum cum sedecim ualidissimis
legionibus intulit: sed grauius multis praeliis uexatus: a parthia refugit: qua uictoria insolentior
Phrahartes redditus cum multa crudeliter consulere: in exilium a populo suo pellitur. Itaque cum
magno tempore finitimas ciuitates: & ad postremum scythas precibus fatigasset: scythae maxi-
mo auxilio in regnum restituit. Hoc absente regem parthi Tyridatem quandam constituerunt
qui audito scytharum aduentu magna amicorum manu ad Caesarem in Hispaniam bellum tunc
temporis gerentem profugit: obsidem Caesari minimum filium Phrahatis ferens: quem negli-
gentius custoditum rapuerat. Quo cognito Phrahartes legatos statim ad Caesarem mittit ser-
uum suum Tyridatem & filium remitti sibi postulat. Caesar & legatione Phrahartis audita: &
Tyridatis postulatis cognitis (Nam & ipse restitui in regnum desiderabat: iuris Romanorum futu-
ram Parthiam affirmans si eius regnum muneris eorum fuisset) neque Tyridatem deditur: se Par-
this dixit: neque aduersus parthos Tyridati auxilia datur: ne tamen a Caesare nihil per omnia ob-
tentum uideretur: & Phraharti filium sine precio remisit. Tyridati quoad manere apud romanos
uellet: opulenter sumptum praebere iussit. Post haec finito hispano bello: cum in syriam ad com-
ponendum orientis statum peruenisset: metum Phraharti iniunxit: ne bellum Parthiae uellet in-
ferre. Itaque tota parthia captiui ex cassiano siue Antonii exercitu recollecti signaque cum his mi-
litaria Augusto remissa. Sed & filii nepotesque Phrahartis obsides Augusto dati: plusque Caesar
magnitudine nois sui fecit: quam armis alius imperator facere potuisset.

Mithridates a sic omnia.

Cesar
Pompeius

Tyridates

IVSTINI HISTORICI LIBER. XLIII.



Arthiciis orientalibusq; ac totius ppermodum orbis rebus expeditis ad initia romanæ urbis Trogus uelut post longam peregrinationem domum reuertit: ingrati ciuis officiū existimās si cū oīum gentiū res gestas iustrauerit de sola tantū priā taceat. Breuiter igit̃ initia romai impii pstrigi: ut nec modum ppositi opis excedat: nec utiq; originem urbis: quæ ē caput totius orbis silentio ptermittat. Italiae cultores primi aborigines fuere: quoz rex Saturnus tantæ iustitiæ fuisse dicit̃: ut neq; seruiert̃ sub illo qsq; neq; qcq; priuatæ rei habuerit: sed oīa cōmunia & idiuisa oībus fuerit: ueluti unū cunctis p̃moniu esset. Ob cuius exempli memoriā cautū est: ut saturnalibus exæquato oīum iure passim ī conuiuus serui cū dominis recūbant. Itaq; italia regis noiē saturnia appellata est: & mōs quem inhabitabat Saturnus: in quo nunc ueluti a loue pulso sedibus suis Saturno capitoliu est. Post hūc tercio loco regnasse Faunū serūt: sub quo Euander ab Arcadiæ urbe pallanteo ī italiā cū medio: cri turba populariū uenit: cui Faunus & agros & montē: quē ille postea palatinū appellauit: benigne assignauit. In huius radicibus tēplū Lyceo: quē græci Pana. romani Lupcū appellāt: constituit ipsū dei simulacrū nudū caprina pelle amictū eiq; quo habitu nūc Romæ lupcalibus decurrūt. Fauno fuit uxor noiē Fatua: quæ assidue diuino spiritu īpleta uelut p̃ furorem futuro p̃monebat: unde adhuc q̃ inspirari solent: fatuari dicūt. ex filia Fauni & Hercule q̃ eodē tpe extincto Geryone armēta uictoriæ p̃mia p̃ italiā ducebat: stupro cōceptus Latinus p̃creaf. quo tenēre regnū Aeneas ab Ilio Troia a græcis expugnata ī italiā uenit: statiq; p̃lio exceptus cū in aciem exercitū eduxisse: & ad colloquū uocatus tantā admirationē sui latino p̃buit: ut ī societate regni recipere: & Lauinia in m̃rimoniū data ei gener ascisceret. Post hæc cōmune utriusque bellū aduersus Turnū rutiloz regē p̃pter fraudatas Lauiniæ nuptias fuit: in quo & Turnus & Latiū interierūt. Igit̃ cū aeneas iure uictoriæ utroq; populo potiret: urbē ex noiē uxoris Lauiniæ cōdidit: Bellū deinde aduersus Mezentiū regē ethruscoz gessit: in quo cū ipse occidisset: in locū eius Ascanius filius successit: q̃ Lauinio relicto longā albā condidit: quæ trecentis annis caput regni fuit. Post multos deīde urbis huius reges ad postremū Numitor: & Amulius regno potiti sunt. Sed Amulius cū ī aetatem potiorē Numitorē opp̃sisset: filiā eius Rheā in p̃petuā uirginitatē ne q̃s uindex regni sexus uirilis ex genere Numitoris oriret: demersit: ad dita iūriæ specie honoris: ut nō dānata sed sacerdos electa uideret. Igit̃ clausa in luco Martis sacro duos pueros incertū stupro an ex Marte cōceptos enixa ē: quo cognito Amulius multiplicato metu pro euetū duos pueros exponi iubet: & puellā uiculis onerat: ex quoz iniuria decessit. Sed fortuna originē Romanæ p̃spiciens pueros lupæ alēdos obtulit: q̃ amissis carulis distenta ubera exinanire cupiēs nutrice se īfantibus p̃buit: cū sæpius ad paruulos ueluti ad catulos reuertere: rē Faustulus pastor aiaduerrit: subtractosq; feræ iter greges pecoz agrelli uita nutriuit. martios pueros fuisse siue q̃ in luco Martis enixi sunt: siue q̃ a lupa: quæ in tutela Martis est nutriti: ueluti manifestis argumentis creditū est. Nomina pueris: alteri Remo: alteri Romulo fuere. adultis inter pastores de uirtute quortidiana certamīa & uires & p̃nicitate auxere. Igit̃ cū latrōes a rapia pecoz īdustria frequēterq; sūmouerēt. Remus ab iisdē latrōibus captus: & ueluti ipse esset: quod ī aliis phibeat: regi offerit: crimini daf: q̃si greges Nūitoris in festaf solitus esset. Tūc a rege ī ultionē Numitori tradit̃. Sed numitor adolefcētia iuuenis permotus & in suspitionē expositi nepotis adductus: cū eū nūc liniamētoz filia similitudo: nūc ætas expositiōis t̃pibus cōgruēs anxii teneret: repēte Faustulus cū Rōulo supuenit: a quo origine cognita pueroz facta cōspiratiōe & adolefcētes ī ultionē maternæ necis & Numitor ī uictiā capti regni armanf. Occiso Amulio regnum Numitori restituitur: & ibi urbs romana ab adolefcētibus cōdit̃. Tūc & Senatus cētū Senioz: q̃ p̃res dicti sunt: cōstituit: tūc & uicinis cōnubia pastoz dedignātibus uirgines sabiæ rapiunt: finitimisq; populis armis subiectis primū italiæ mox orbis impitū q̃sitū. Per ea adhuc tēpora reges hastas p̃ diademate habebāt: q̃s græci scepra dixerē. Nā & ab origie regz pro diis immortalibus ueteres hastas coluere: ob cuius religionis memoriā adhuc deoz simulacris hastæ addūt. t̃pibus Targnii regis: ex Asia Phocēsiū iauētus ostio tyberis iuecta amicitia cū Romanis iūxit. Inde ī ultimos galliæ sinus nauibus p̃fecta Massilia iter ligures & seras gētes galloz cōdidit: magnasq; res siue dū armis se aduersus gallicā feritatem tuent: siue dū ultro lacesunt: a q̃bus fuerant ante lacesiti: gesserunt. Nāq; Phocēses ex ignauitate ac macie terræ coacti studiosius mare q̃ terras exercuerūt: piscā

Saturnus

Faunus Euander

Lupa

Latinus

Lauinia

Turnus

Mezentius rex

Amulius

Rhea

Faustulus pastor

Romulus

Senatus

Massilia

phocenses

do mercando plerūq; etiā latrocinio maris quod illis temporibus gloria habebat: uitam tol-
rabant. Itaq; i ultimā oceani orā pcedere ausi i signū gallicū ostio Rhodani amnis deuenē:
cuius loci amoenitate capti reuersi domū referentes: q; uiderant: plures sollicitauerē. duces clas-
si Furius & Peranus fuere. Itaq; ad regē Segoregioꝝ Senanū noie in cuius sinibus urbē conde-
re gestiebāt: amicitia petētes conueniunt. Forte eo die rex occupatus i apparatu nuptiaꝝ Gy-
pris filia erat: quā more gētis electo inter epulas genero tradere illi parabat. Itaq; cū
ad nuptias iuitati oēs pcessissent: rogātur & grāci hospites ad cōuiuiū. Introducta deinde uirgo
cum iuberet a pfe aquā porrigere ei: quē uirz eligeret: tunc omiſſis oibus ad grācos cōuerſa a
quā Perāo porrigit: q; factus ex hospite gener locū cōdēdæ urbis a focero accepit. Cōdita igif
Massilia ē ppe ostia rhodani amnis i remoto sinu ueluti i āgulo maris. Sed Ligures incremētis
urbis iuidētes grācos assiduis bellis fatigabāt. Qui picula ppulsando in tātū enituerunt: ut ui-
ctis hostibus in captinis agris multas colonias cōstituerēt. Ab his igif galli & usum uitæ cul-
toris deposita & māuefacta barbaria & agroꝝ cultus & urbes moenibus ciger didicerūt. Tūc
& legibus nō armis uiuere: tūc & uitē putare: tunc oliuā serere cōsueuerūt. Adeoꝝ & magnus
& hoibus & rebus ipōsitus ē nitor: ut nō grācia i galliā emigrasse: sed gallia i grācia trāslata ui-
deret. Mortuo rege Senano Segoregioꝝ: a quo locus acceptus cōdēdæ urbis fuerat: cū regno
filius eius successisset Cōmanus affirmāte regulo quodā q; doꝝ massilia exitio finitimis popu-
lis futurā opprimēdāq; & ipso ortu ne mox ualidior ipm obrueret: subneſtit & illā fabulā Ca-
nē aliquādo partu grauidā locū a pastore p̄cario petisset: i quo pareret: quo obtēto iterato pe-
tisse: ut sibi educare i eodē loco catulos liceret: ad postremū adultis catulis fultā domestico p̄-
sidio pprietatē loci sibi uēdicasse. Nō aliter Massiliēses q; nunc inqlini uideātur: q; doꝝ domios
regionum futuros, his icitatus rex insidias Massiliēſibus extruit. Ita solēni floralioꝝ die mul-
tos fortes ac strēnuos uiros hospitii iure misit i urbē: plures sirpis latētes frōdibusq; sup̄fectos
iduci uehiculari iubet: & ipse cū exercitu i pximis mōtibus deliteſcit: ut cum nocte p̄dictis ap-
tæ portæ foret: tepestiue ad insidias adessent: urbēq; sōno ac uino sepultā armati inuaderēt. Sed
has insidias mulier qdā regis cognata pdidit: quæ adulterari cum grāco adoleſcēte solita i āple-
xu iuuenis miseratā formā eius insidiis apit: piculūq; declinare iubet. Ille rē statim ad magistra-
tus defert: atq; ita patefactis insidiis ligures cōphendunt: latētesq; de sirpis p̄trahunt: q; bus oī-
bus iterfectis insidiati regi insidiæ tēdunt. Cæsa sunt cum ipso rege hostiū. vii. milia. Exide Mas-
siliēses festis diebus portas claudere: uigilia agere: stationē in muris obseruare: pegrinos reco-
gnoscere: curas habere: ac ueluti bellū habeāt: sic urbē pacis t̄pibus custodire: adeo illic bene in-
stituta nō tēpoꝝ necessitate: sed recte faciēdi cōsuetudie seruātur. post hæc illis magna cū ligu-
ribus magna cum gallis fuere bella: q; res & urbis gloriā auxit: & uirtutē grācoꝝ multiplicata
uictoria celebrē inter finitimos reddidit. Carthaginēſium quoq; exercitus cum bellum captis
piscatoꝝ nauibus ortum esset: sæpe fuderunt: pacēq; uictis dederunt: cum hispāis amicitia iū-
xerunt: cum Romāis ppe ab initio cōditæ urbis foedus summa fide custodierunt: auxiliisq; in
oibus bellis idustriæ socios iuuerunt: quæ res illis & uirium fiducia auxit: & pacē ab hostibus
p̄stitit. Dum igitur massilia fama regē gestæ & abundātia opum & uirium gloria uirēte flore-
ret: repēte finitimi populi ad nomē Massiliēſium delēdum ueluti ad cōmune extinguedum i-
cēdium cōcurrunt. Dux cōsensu oīum Caramādus regulus eligitur: qui cum magno exercitu
lectissimoz uiroz urbē hostiū obsideret: p̄ getē specie Toruæ mulieris: quæ se deam dicebat
exterritus ultro pacē cum massiliēſibus fecit: petitoq; ut itrare urbē & deos eoz adorare lice-
ret: cum in arcē Mineruæ uenisset: cōspecto i portibus simulacro deæ: quā p̄ getē uiderat: repē-
te exclamat: illā esse: quæ se nocte exterruisset: illāq; recedere ab obsidiōe iussisse: gratulatusq;
Massiliēſibus: q; aiaduerneret eos ad curā deoz immortalium p̄tinere: torq; aureā donata dea i p̄-
petuum amicitia cum massiliēſibus iunxit. Parta pace & securitate fundata reuerētes a delphis
Massiliēſium legati: quo missi munera Apollini tulerāt: audiuerāt urbē romanā a gallis captā
icēsamq; quā rē nunciatā domi publico funere Massiliēſes p̄secuti sunt: aurūq; & argētum pu-
blicum: & priuatum cōtulerunt ad explēdum p̄odus gallis: a quibus redēptā pacē cognouerāt.
Ob quod meritum & imunitas illis decreta: & locus spectaculorum in senatu datus: & foedus
æquo iure p̄cussum. In postremo libro Trogus maiores suos a uoſſis originē ducere. auū suū
Trogu Pompeium fertoriano bello ciuitatē Gn. Pompeio p̄cepisse dicit: patruū mithridatico
bello turmas eqtū sub eodem Pompeio duxisse: patrem quoq; sub Caio Cæsare militasse: epu-
larūq; & legationum simul & annuli curam habuisse.

Cyprius filia Senani
nuptiis habenda
dum optone lauacri
hospitem inguinitum
eligenē acdum fep
ndamur &

Mulier insidias aperit

Caramādus

Trogus Pompeius

Hispania sicuti Europæ terminos claudit: ita & huius operis finis futura est. hâc ueteres ab hybero amne primû hyberia: postea ab Hispalo hispania cognominauerunt. Hæc inter africâ & galliâ posita oceâi freto & pyrenæis montibus clauditur: sicut minor utraq; terra ita utraq; fertilior. Nâ neq; ut africa uiolêto sole torretur: neq; ut gallia assiduis uentis fatigatur. Sed media inter utraq; hic tēperato calore idē felicibus & tēpestiuis ibribus i oia frugū genera fœcunda ē: adeo ut nō ipsis tātum icolis ueq; etiâ Italiæ urbiq; romæ cunctaq; rerum abundātia sufficiat. Hinc enim nō frumēti tantum copia magna ē: ueq; etiâ uini mellis oleiq;. Nec ferri solum materia p̄cipua ē: sed & equorū p̄nices greges. Nec summa tātum terræ laudāda bona: ueq; & abstrusorū metallogū felices diuitiæ. Jam lini spartiq; uis ingēs. minii certe nulla feracior terra. in hac cursus anniuū: non torrētes rapidiq; ut noceāt: sed lenes & uineis capisq; irrigui æstuariisq; oceani affatim piscosi plæriq; etiâ diuites auro quod i paludibus uehunt: uno tātum pyrenæi mōtis dorso adhæret galliæ: reliquis p̄tibus undiq; in orbē mari cingitur. Forma terræ p̄pe q̄drata: nisi q̄ arctātibus freti littoribus in Pyrenæum cogit. Porro pyrenæi mōtis spatium sexcēta milia passuū efficit. Salubritas cæli p̄ oem hispāiā æq̄lisq; aeris spiritus nulla paludium graui nebula inficitur. Huc accedunt & marinæ auræ undiq; aduersus assidui flatus: quibus oem puinciā penetrātibus euētilato terrestri spiritu p̄cipua omnibus sanitas redditur. Corpa hominum ad inediā laborēq; animi ad mortē pati: dura omnibus & stricta p̄simonia: bellū q̄ ocium malunt. si extraneus deest: domi hostē quærūt. sæpe tormētis pro silētio rege creditaq; immortalui: adeo illis fortior taciturnitatis cura q̄ uitæ. celebrat eadē etiâ bello punico serui illius patiētia: qui ultro dominum inter tormēta risu exultauit: serenāq; lætitia crudelitātē torquētium uicit. Velocitas gēti p̄nix: inquietus animus plurimis. militares eq; & arma sanguine ip̄orum cariora. Nullus nisi festis diebus epulæ apparatus aqua calidā lauari post secūdū bellū punicū a româis didicere. In tāta sæculorū serie nullus illis dux magnus p̄ter Viriatū fuit: q̄ ānos decē romanos uaria uictoria fatigauit: adeo seris pp̄iora q̄ hominibus ingenia sūt: quē ip̄m nō iudicio populi electū: sed ut cauedi sciētē declinandorumq; piculorū pitum secuti sūt. Cuius ea uirtus cōtinētiāq; fuit: ut cū cōsulares exercitus frēq̄nter uicerit: tantis rebus gestis nō armorū: nō uestis cultū: nō deniq; uictū mutauerit: sed i eo habitu quo primū bellare coepit: p̄seuerauerit: ut quis gregarius miles ip̄o impatore etiâ opulētior uideretur. In lusitanis iuxta fluuiū tagū equas uēto cōcipe multi auctores p̄diderunt: quæ fabulæ ex eq̄rum fœcūditate & gregū multitudinē natae sunt q̄ tātū i galletia ac lusitania tā p̄nices uisūt: ut nō imerito ip̄o uēto cōcepti uideātur. Gallici autē græcā sibi originē asserūt. Sigdē post finē troiani belli teucrū morte Aiācis fratris iuisum p̄ri Thelamoni cū nō recipetur: i regnum Cyp̄rum concessisse: atq; ibi urbē noiē antiquæ p̄riæ Salaminā cōdidisse. Inde accepta opinione paternæ mortis patriā repetisse. Sed cū ab Eurice Aiācis filio accessu phiberet: hispaniā littoribus appulsum: loca ubi nūc ē Carthago noua occupasse: idē galletiā trāsisse: positosq; sedibus gēti nomē dedisse. Galletiæ autē portio Amphilocī dicunt. Regio cum æris & plumbi uberrima: tum minio q̄ etiâ uicino flumini nomē dedit. auro quoq; ditissima adeo ut etiâ aratro frequēter glebas aureas excidāt. In huius gētis finibus sacer mōs ē: quē ferro uiolari nefas habet. Sed si q̄do fulgure terra p̄scissa est: quæ i his locis assidua res ē: detectū aurę uelut dei munus colligere p̄mittit. fœmiē res domesticas agrorūq; culturas administrāt: ip̄i armis & rapinis seruiunt: p̄cipua his qdē ferri materia: sed aq̄ ip̄o ferro uiolētior. Quippe tēperamēto eius ferre acrius redditur: nec ullū apud eos telū p̄batur: quod nō aut Bilbli fluuiū aut chalybe tingat. Vnde ēt chalybes fluuii huius finitimi appellati: ferorūq; cæteris p̄stare dicunt. Saltus uero carthesiorum: i quibus Titanas bellū aduersus deos gessisse p̄dit: incoluere curetes: quorum rex uetustissimus Gargoris mellis colligēdi usum primus iuenit. Huic cum ex filia stupro nepos p̄uenisset: pudore flagitij uariis generibus extigui paruulum uoluit. sed p̄ oēs casus fortuna q̄ dā seruatus: ad postremū ad regnū tot piculorum miseratiōne p̄uenit. Primū oium cum eū exponi iussisset: & post dies ad corpus expositi req̄rēdum misisset: iuētus est uario feraz lacte nutritus. Deinde relatum domū tramite angusto: p̄ quē armēta cōmeare cōsueuerāt: piici iubet crudelis p̄fus: q̄ p̄culcarī nepotē: q̄ simplici morte it̄fici maluit. Ibi quoq; cum iuiolatus ēt nec alimētis egeret: canibus primō ieiunis & multorū diez abstinētia cruciatis: mox etiâ uibus obici iubet. Itaq; cū nō solū nō nocerēt: ueq; etiâ q̄rudā uberibus alerēt: ad ultimū i ocea

*Hispania unda
felix*

Virianus

Lusitania esse Veni

Salamina

*Carthago
Galeria*

Chalybes

*Titanas Curetes
Gargoris*

num abiici iussit. Tum plane manifesto quodam numine iter furētes aestus ac reciprocātes undas uelut naue nō fluctu ueheret: leni salo i littore exponitur: nec multo post cerua affuit q̄ ubera puulo offerret. Inde deniq; cōuersatiōe nutricis eximia puero p̄nicitas fuit: iterq; ceruog; greges diu mōtes saltus quae haud inferior uelocitate pagrauit. Ad postremū laqueo captus regi datus dono ē. Tūc & liniametog; similitudinē & notis corpis: q̄ iniustae puulo fuerāt: nepos agnitus. Admiratiōe deinde tot casuum piculorūq; ab eodē successor regni destitatur. Nomē illi i-positū Habidis: q̄ ut regnū accepit: tātae magnitudinis fuit: ut nō frustra deog; maiestate piculis ereptus uideret. Quippe barbag; populū legibus iunxit: & boues primo aratro domari: fru- metaq; sulco serere docuit: & ex agresti cibo melioribus uesci odio eog; q̄ ipse passus fuerat: hoīes coegit. Huius casus fabulosi uideret: nisi & Romanog; cōditores lupa nutriti: & Cyrus rex Persag; cane alitus p̄deret. Ab hoc & ministeria seruilia populo iterdicta: & plebs i septē urbēs diuisa. Mortuo Abide regnū p̄ multa saecula a successoribus eius retētū est. In alia pte hi- spania & q̄ ex isulis cōstat: regnū penes Geryonē fuit. In hac pabuli tāta laetitia ē: ut nisi absti- nētia iterpellata sagina fuerit: pecora rūpanē. Inde deniq; Armēta Geryonis: q̄ illis t̄pibus solae opes habebant: tātae famae fuere: ut Herculē ex Asia p̄dāe magnitudie illexerit. Porro Geryo- nē ipm nō triplicis naturae: ut fabulis p̄dit: fuisse ferū: sed tres fratres tātae cōcordiae extitisse: ut uno aīo oēs regi uiderent: nec bellū Herculi sua spōte intulisset: sed cū armenta sua rapi ui- dissent: amissa bello repetisset: post regna deīde hispaniae primi Carthaginēses impiū puincia occupauere. Nā cū Gaditani a tyro: unde & Carthaginensiu origo est: sacra Herculis p̄getē ius- si in Hispaniā trāstulisset: urbēq; ibi cōdidissent: i uidentibus incremētis nouae urbis finitimis hispaniae populis ac p̄pterea Gaditanos bello laceissentibus auxiliū cōsanguineis Carthaginē- ses miserūt. Ibi felici expeditiōe & Gaditanos ab iniuria uendicauerūt: & maiorem ptem puin- ciae impio suo adiecerūt. Postea quoq; hortatibus primae expeditiōis auspiciis Hamilcharem ipatorem cū magna manu ad occupā- tā puincia miserūt: q̄ magnis rebus gestis dū fortuna icō- sultius seq̄: i isidias deductus occidit. In huius locū gener ipsius Hasdrubal mittit: q̄ & ipse a seruo hispani cuiusdā ulciscētis domini iniustā necem iterfectus est. Maior utroq; Annibal ipator Hamilcharis filius succedit. Sigdem res gestas utriusq; supgressus uniuersam hispaniā domuit. Inde Romanis illato bello Itahā pannos sedecim uariis cladibus fatigauit. Cum inte- rea Romani missis in hispaniā Scipionibus primo poenos puincia expulerunt. Postea cū ipsis hispanis graua bella gesserunt: nec prius p̄domitae puincia iugum hispaniae accipere potue- runt: q̄ Caesar Augustus p̄domito orbe uictricia ad eos arma transtulit: populūq; barbag; ac fe- rum legibus ad cultiorem uitae usum traductū in formā puincia redegit.

Habidis

Geryon

Iustini historici uiri clarissimi epithomatum in Trogi Pompeii historias liber .XLIII. & ultimus feliciter finit.

47

Ad magnificum comitem Petrum Mariam Rubeum Parmensem Philippi broaldi Bononiensis Epistola.

Quemadmodum Dinocrates architectus clarissime uir, pœra statura: facie haut illiberali: formaq; totius corporis uenustissima Alexandrum macedonem: q; ex rebus actis & au-
ctis Magni cognomine inuenit: & sibi conciliare elaborauit: & elaborando assecutus est: ita ego quoq; tibi: ut spero: gratus ero pueniamq; ad comendationem p̄sidio litterarum doctri-
naeque fauore. Cognouit. n. te non solum litterario studio delectari: ueq; etiam quod perinde di-
gnu est laude: litteratorum hoium amantissimum. O magna foecunditas animi: o praecleara ingenii
amplitudo: quum clæmentia dictatore Cæsarem: liberalitate Cymonem: elegantia cultus uictus
que splendore Lucullum uel equares uel antecelleres: oibusq; uirtutibus eises ornatus: Ut emi-
neres undecumq; laudatissimus amœniore litteras humanitatiscq; studia audivissime complexus
es: sempq; existimasti p̄claræ eiusdem Alexandri magni dictum esse habendum in memoria atq;
in pectore: longe nobilior longe fore pstantius litteris antecellere q̄ impio atq; diuitiis. Qua-
propter quum ego nuper rogatu Henrici Coloniensis. Senis imp̄ssoris solertissimi. L. Flori curio-
se diligenterq; emendassent: tuo eum nomini dicere constituit: ut in mille exemplaria transcriptus
testimonium quottidie exhibeat meæ erga te obseruantia atq; amoris: simul ut succisuis tu
temporibus ista legendo p̄noscas: quæ Romanus populus domi foriscq; p̄ tot annos bella gesse-
rit: per quos uiros quibusq; artibus impium peperit: & partum auxerit: & auctum ad summum
fastigium suis met uiribus euerterit: & euersum p̄ Augustum tandem Cæsarem sublimius ere-
xerit. Quæ oia. L. Florus quattuor quasi epithomatis ita scite collegit: ita enucleate distinxit:
ita breuiter enarrauit. Ut cuncta tanq̄ in illustri posita monumento intueri & comprehendere fa-
cillime queas. Disertus est: uehemens: distinctus: uarius: breuis: coccinnus cum splendore ac lu-
ce uerborum. Flori itaq; clarissime uir quum litterario ocio: quod omni pene negotio pulchri-
us est: te tradideris in manu sumere & subide legere non spernas: cuius frequens lectio oppido litte-
rata multum delectare: nec minus p̄desse poterit. Sed ne morosior sit p̄logus q̄ fabula: iam hi-
storiam. L. Flori luculentam cõspicias q̄so: & me in numere tuorum recipias unum: ut lepidissimus
poeta ait (si superest) locum rogantem. Vale.

LVCII FLORI GESTORVM ROMANORVM EPITHOMA INCIPIT.

Populus Romanus a rege Romulo in Cæsarem Augustum septingentos p̄
annos tantum opere pace belloq; gessit: ut siq; magnitudinem imperii cum anis
conferat ætatem ultra putet: ita late p̄ orbem terrarum arma circumtulit: ut qui
res eius legunt: non unius populi sed generis humani facta discant. Nam tot
laboribus periculisq; iactatus est: ut ad constituendum eius imperium contem-
disse uirtus & fortuna uiderent. Quare cum p̄cipue hoc quoq; sicut cætera
operæ precium sit cognoscere: tamē quia ipsa sibi obstat magnitudo rerumq;
diuersitas acie intentionis abrumpit: faciam quod solent: qui terrarum situs pingunt: in breui quasi
tabella totam eius imaginem amplectar non nihil ut spero admiratione principis populi col-
laturus: si pariter atq; in semet uniuersam magnitudinem eius ostendero. Siq; ergo populum
R. quasi hominem consideret: totamq; eius ætatem p̄censeat: ut coeperit: utq; adoleuerit: ut quasi
ad quædam iuuetæ florem peruenerit: ut postea uelut consenuerit: quattuor gradus processusq;
eius inueniet. Prima ætas sub regibus fuit p̄pe. ccl. p̄ annos qbus circum ipsam matrem suam cum
finitimis luctatus est. Hæc erit eius infantia. Sequens a Bruto Collatinoq; consulis in Appium
Claudium Quintum Fulium consules. cc. annos patet: qbus Italiam subegit. Hoc fuit tempus uiris
armisq; icitatissimum. Ideo q; adulescentiam dixerit. Dehinc ad Cæsarem Augustum. ccl. anni: qbus to-
tum orbem pacauit. hic iam ipsa iuuetæ impii & quasi quædam robusta maturitas a Cæsare Augu-
sto in sæculum nostrum: aut non multo minus anni. cc. qbus inertia cæsaris q̄si consenuit atq; decoxit:
nisi q; sub Traiano principe mouet lacertos: & p̄ter ipse omnium senectus ipii q̄si reddita iuuetate re-
uirescit. Primus ille & urbis & ipii conditor Romulus fuit a Marte genitus & Rhea Siluia. hæc
de se sacerdos grauida confessæ ē: nec mox fama dubitauit: cum Amulii ipio abiectus in p̄fluente cum
Remo fratre non potuit extingui. siq; de Tyberinus ane resp̄sit. & relictis catulis lupa uagitu secu-
ta ubera admouit infantibus matremq; se gessit. Sic reptos apud arborem Faustulus regis pastor tulit
in casam: atq; educauit. Alba tunc erat latior caput. Iulii opus: nam Lauinium patris Aeneæ contempserat. ab

his Amulius iā septia sobole regnabat: fr̄e pulso Numitore cuius ex filia Romulus. Igit̄ prima iuuet̄æ face patruū Amuliū ab arce deturbat, auū reponit. ip̄e flumis amator & mōtium: apud quos erat educatus moenia nouæ urbis agitabat. gemi erāt, uter auspicaret̄ & regeret adhibere piacula. Rhemus mōtē Auētinum: hic palatinū occupauit. prior ille sex uultures: hic postea sed. xii. uidit. sic uictor augurio urbē excitat: plenus spei bellatricē fore. ita illi assuet̄æ sanguini & p̄dæ aues pollicebāt. ad tutelā nouæ urbis sufficere uallū uidebat: cuius dū irridet angusti as Rhemus idq; icrepat saltu: dubiū an iussu fr̄is occisus ē. priā certe uictima fuit: munitionē que urbis nouæ sanguie suo cōsecrauit. imaginē urbis magis q̄ urbē fecerat. icolæ deerāt: erat ī pxio lucus: hūc Asylū facit. & statū mira uis hominū latini tuscūq; pastores: qdā & trāsmarini phryges: q̄ sub Aenea: Archades q̄ sub Euādō dūce īfluxerāt. Ita ex uariis q̄si elemētis congregauit corpus unū: populūq; Romanū ip̄e fecit: res erat unius ætatis: populus uiroz. Itaq; m̄nionia a finitimis petita: q̄a nō ipetrabant: manu capta sunt. Simulatis qp̄pe ludis æq̄stribus: uirgēs q̄ ad spectaculū uenerāt: p̄dæ fuere: & hæc statū cā bellog. Pulsi fugatiq; Verētes. ceniensū captū ac dirutū est oppidū. spolia insup opima de rege: feretrio Ioui manibus suis rex re portauit. Sabinis p̄ditæ portæ p̄ uirginē nec dolo: sed puella p̄ciū rei: quā gerebat in sinistris: pe tierat. dubiū clypeos an armillas. Illi ut & fidē soluerēt & ulciscerent: clypeis obruere. Ita admis sis itra moenia hostibus: atrox ī ipso foro pugna: adeo ut Romulus louē oraret: ut fœdā suoz fugā figeret. Hic tēplū est Stator Iuppiter: tadē sæuiētibus interuenē raptæ laceris comis. Sic pax facta cū Tatio: fœdusq; p̄cussū: secutaq; res mira dictū: ut relictis sedibus suis: nouā ī urbē hostes demigraret: & cū generis suis auitas opes p̄ dote sociaret. Auctis breui uiribus hūc rex sapiētissimus statū reipu. iposuit. ut iuuetus diuila p̄ tribus: ī eqs & ī armis ad subita bella ex cubaret. Cōsiliū reipu. poenes senes esset: q̄ ex auctoritate p̄res: ob ætatē senatus uocabat. His ita ordiatis: cū repēte cōcionē haberet: ante urbē apud capæ paludē e cōspectu ablatus est. Di scerptū aliq̄ a senatu putāt ob asperius īgenium: sed aborta tēpestas solisq; defectio cōsecratio nis speciē pbuere. Cui mox Iulius Proculus fidē fecit. uisum a se Romulū affirmās augustiore forma q̄ fuisset. mādāt p̄terea ut se pro numie acciperēt. Quirinū ī cælo uocari placitū diuinita gētū Roma potiret.

DE NUMA POMPILIO.

Successit Romulo Numa Pōpilius: quē curibus sabinis agentē ultro petiuere: ob in clytā uiri religionē. Ille sacra & cærimonias oēm̄q; cultū deoz ī mortalium docuit Ille pōtifices: Augures: alios. cæterozq; p̄ sacerdotia: ānuū quoq; in. xii. mēses: fastos dies nephastosq; descripsit. Ille ancilia: atq; palladiū secreta quædā impiū pignora: la numq; geminū: fidē pacis ac belli: ī primis focū uestæ uirgibus colendum dedit: ut ad simula crum cælestium sydeoz custos īpii flāma uigilaret. Hæc oīa quasi monitu deæ: Aegeriæ: quo magis barbari acciperent: eo deniq; ferocem populū rededit: ut quod ui & iniuria occupaue rat imperium: religione atq; iusticia gubernaret.

DE TVLLO HOSTILIO

Excipit Pōpiliū Numā Tullus Hostilius: cui ī honorē uirtutis regnū ultro datū hic oēm̄ militare disciplinā: artēq; bellādī cōdidit. Itaq; mirū imodū exercita iuuetute: puocare ausus Albanos graue & diu p̄cipē populū. Sed cū pari robore frequenti bus plis utriq; cōminuerent: missō ī cōpēdiū bello Horatii Curiatūsq; trigemīs hīc atq; īde fr̄ibus utriusq; populi fata cōmissa sūt. Anceps & pulchra cōtētio: exituq; ip̄o mi rabilis: tribus qp̄pe illic uulneratis: hīc duobus occisis: q̄ supererat Horatius addito ad uirtu tē dolo. ut distraheret hostē simulat fugā: singulosq; put̄ seq̄ poterāt adortus exuperat. Sic rage alias decus unius manu parta uictoria ē: quā ille mox parricidio fœdauit. Flētē spolia circa se spōsi qdē sed hostis sororē uiderat. hūc tā imatuz. uirgīs amorē ultus ē ferro. citauere leges ne fas sed abstulit uirtus p̄ricidā: & facinus itra gloriā fuit. nec diu ī fide māsīt Albanus. nā Fidena ti bello missi ī auxiliū ex fœdere medii īter duos expectauere fortunā. Sed rex callidus ubi icli nare se socios ad hostē uidet: tollit aīos q̄si ip̄s mādasset: spes inde n̄ris: metus hostibus. Sic fra us p̄ditoz irrita fuit. Itaq; hoste uictō ruptorē fœderis Metiū Sufferū religatū īter duos cur rus p̄nicibus eqs distrahit. Albāq; ip̄am quīs parētē emulā tamē diruit. prius cū oēs opes urbis ip̄m̄q; populū romā transtulisset. Prorsus ut cōsanguinea ciuitas non periisse sed ī suū corpus redisse rursus uideretur.

DE ANCO MARTIO.

Ancus deinde Martius nepos ex filia Pōpiliū pari ingenio. Hic igit̃ & moenia muro amplexus est: & interfluentē ubi tyberinū pōte cōmisit: hostiāq; in ipso maris fluminisq; cōfinio coloniā posuit: iā tū uidelicet præsagiens animo futurū: ut totius mundi opes & commeatus illo ueluti maritimo urbis hospitio reciperent.

DE TARQUINIO PRISCO.

Tarquinius postea priscus quāuis transmarinæ originis regnū ultro petēs accipit ob industriā atq; elegantiā: quippe qui oriūduſ Corintho græcū īgeniū italicis artibus miscuisset. Hic & senatus maiestātē numero ampliāuit: & centuriis tribus auxit: quāuis Actius Nauius numeꝝ augeri phibeat sūmus augurio: quē rex in expimentū rogauit: fieri ne possēt: quod ipse mēte cōcepit. Ille rē exptus augurio: posse respōdit: atq; hoc inquit agitabā: an corē illā secare nouacula possēt: augur potes ergo inquit: & secuit. Inde romanis sacer auguratus. Neq; pace Tarqnius q̄ bello prōptior. xii. nāq; tusciæ populos frequētibus armis subegit: & idē falces: trabeæ: curules: anuli: faleræ: paludamēta: p̄textæ: idē q̄ aureo curru quattuor equis triūphatur: togæ pictæ: tunicæq; palmatæ: oīa deniq; decora & insignia: quibus imperii dignitas eminet.

DE SERUIO TVLLIO.

Seruius Tullius deinceps gubernacula urbis inuadit: nec obscuritas inhiuit quāuis matre serua creatū. Nā ob eximiā indolē uxor Tarquiniū Tanauil liberaliter educauerat: & clare fore uisa circa caput flāma promiserat. Ergo iter Tarqniū mortē admittēte regina substitutus in locū regis: quāsi ad tēpus regnū dolo partū sic egit industria: ut iure adeptus uideret. Ab hoc populus R. relatus ī cēsū: digestus ī classes: curiis atq; collegiis distributus: sūmaq; regis solertia ita est exordinata resp. ut oīa p̄simonii: dignitatis: ætatis: artū officioꝝq; discrimina in talibus referrent: ac si maxima ciuitas minime domus diligentia contineretur.

DE TARQUINIO SUPERBO.

Dostremus oīum fuit regū Tarqnius: cui cognomen supbo ex moribus datū: hie regnū auitū: quod a Seruio tenebat: rapere maluit q̄ expectare: immissisq; in eū p̄cussoribus scelere partā potestātē nō melius egit: q̄ acq̄sierat: nec abhorrebat moribus uxor Tullia quæ ut uix regē saluaret: supra cruetū patrē ueſta carpēto cōsternatos equos egit: sed ipse in senatū cædibus in oīs supbia: q̄ crudelitate grauior ē bonis grassatus cū læuitiā iā domi fatigasset: tādē in hostes cōuersus ē: sic ualida oppida in latio capta sūt Ardea: otriculū: gabii: sueſtā: pomeria: tū quoq; cruetus in suos: neq; enī filiū uerberare dubitauit: ut simulātū trāsfugā apud hostes hinc fides essēt: cui Gabiis ut uoluerat recepto: atq; p̄ nūcios cōsulētī qd fieri uellet: eminentia forte papauēꝝ capita uirgula excutiens cū per hoc iter ficiēdos esse principes itelligi uellet q̄ supbia sic respōdit: tamē de māubiis captæ urbiū tēplū erexit: quod cū inauguraret. cedētibus cæteris deis: mira res dictū: restitere iuētās & terminus Placuit uatibus cōtumacia nimiū: siquidē firma oīa & æterna pollicebāt: sed illud horrēdū: q̄ moliētibus cædē in fūdamētis humanū repertū ē caput: nec dubitauere cūcti mōstꝝ pulcherrimū impij sedē caputq; terræ p̄mittere: tādū supbiā regis populus R. o. perpeſsus est: donec aberat libido: hāc ex liberis eius ip̄ortunitatē tolerare nō potuit: quoꝝ cū alter ornatissimæ societatis Lucretiæ stupꝝ itulisset m̄fona dedecus ferro expiauit: ip̄iū tū regibus abrogatū:

ANACEPHALEOSIS DE SEPTEM REGIBVS.

Hæc ē priā ætas populi R. & quāsi īfātia quā habuit sub regibus septē: quadā fato & industria: tā uariis īgenio ut reip. ratio & utilitas postulabat. Nā qd Romulo ardētius: tali opus fuit ut inuaderet regnū? Quid Numa religiosius: ita res poposcit: ut ferrox populus deorum metu mitigaretur. Quid ille militiæ artifex Tullus bellatoribus uiris q̄ necessarius: ut acueret ratione uirtutem. Quid ædificator Ancus: ut urbem colonia extēderet: ponte iungeret: muro tueretur. Iam uero Tarquiniū ornamenta & insignia quantam principi populo addiderunt ex ipso habitu dignitatē? Actus a Seruio census

quod efficit: nisi ut ipsa se nosceret resp. Postremo superbi illius importuna doctio non nihil imo uel plurimum profuit. Sic enim effectum est: ut ageretur iniuriis populus cupiditate libertatis accedere.

DE MUTATIONE REI PUBLICAE.

Igitur Bruto Collatinoque ducibus & auctoribus: quibus ultionem sui moriens matrona madauerat. Populus, R. ad uindicandum libertatis ac pudicitiae decus: quodam quasi istinctu deorum concitatus: regem repetere destituit: bona diripit: agerem Marti suo consecrat: ipsum in eisdem libertatis suae iudices transfert mutato tamen & iudice & nomine: quippe ex perpetuo annuum placuit: ex singulari duplex: ne potestas solitudinis uel mora corrumpere. Consul quoque appellauit pro regibus: ut consulere se ciuibus suis debere meminissent. Tamen quoque libertatis nouae gaudium inceserat: ut uix mutati status fide caperent: alter quoque ex consulibus tantum ob nomen & genus regium fascibus abrogatis urbe dimitteret. Itaque substitutus Horatius publicola ex summo studio annexus est ad augendam liberi populi maiestatem: nam & fasces ei pro libera cōtione submitisit: & ius prouocationis aduersus ipsos dedit: & ne specie arcis offenderet: eminentes aedes suas in plana submitisit. Brutus uero fauori ciuium etiam domus suae clade & parricidio uellificatus est: quippe cum studere reuocandis in urbem regibus liberos suos cōperisset: pertraxit in forum: & cōtione media uirgis cecidit: & securi percussit: ut plene publicus parens in locum liberorum adoptasse sibi populum R. uideret. Liber iam hic populus R. prima aduersus externos arma pro libertate corripuit: mox pro finibus: deinde pro sociis: tum gloria & impio laessentibus: assidue usque quaque finitimis: quippe cum patrii soli gleba nulla esset: sed statim pomerium mediisque inter latium & Tuscos quasi in quodam biuio collocatus omnibus portis in hostem incurreret: donec quasi contagione quadam per singulos itum est: & proximis quibusque corruptis totam Italiam sub se redegerunt.

BELLVM ETHRVSCVM CVM REGE PORSENNA.

Duis ex urbe regibus prima pro libertate arma corripuit. Nam Porsenna rex Ethruscorum ingentibus copiis aderat: & Tarquinius manu reducebat. Hinc tamen quis & armis & fame urgeret: occupatoque ianiculo ipsis urbis faucibus incubaret: sustinuit: repulit. nouissime etiam tanta admiratione percussit: ut superior ultro cum poene uictis amicis foedera ferret. Tunc illa romana pericula atque miracula Horatius: Mutius: Coclia: quae nam in annalibus foret: hodie fabulae uiderent. Quippe Horatius Cocles postquam hostes undique istantes solus submouere non poterat: potente reciso transiit Tyberim: nec arma dimittit. Mutius Scouola regem per insidias in castris eius aggreditur: sed ubi frustratum circa purpuratum eius ictum tuet: ardentibus focus iniicit manum: terror quoque geminat dolo. Ut scias inquit quem uix effugeris idem trecenti iurauimus. Cum iterum imane dictum: hic iteritus: ille trepidaret: tam manus regis arderet. Sic quidem uiri. Sed neque sexus a laude cessaret: ecce & uirginum uirtus. Una ex obsidibus regi data elapsa custodia coclia per patrium flumen equabat: & rex quidem tot tantisque uirtutum territus monitis ualere liberisque esse iussit. Tarquinius tam diu dimicauerunt: donec Aronte filium regis manu sua Brutus occidit: super quo ipso mutuo uulnere expirauit. Plane quasi adulterum ad inferos usque sequeret.

BELLVM LATINVM.

Atini quoque Tarquinius asserentur emulatione & inuidia: ut populus qui foris domibat: saltem domi seruiret. Igitur omne latium Manilio Tusculano duce quasi in regis ultionem tollit annos. Apud Regillum lacum dimicant diu Marte uano: donec Posthumius ipse dictator signum in hostes iaculatus est nouum & insigne comertum uti pateret cursu Cossus equum magister exuere frenos impauit: & hoc nouum quo acrius incurreret: eademque atrocitas fuit pluri: ut interfuisse spectaculo deos fama tradiderit: duos in cadidibus equis Castorem atque Pollucem nemo dubitauit. Itaque & imperator ueneratus est: pactusque uictoriae templa promissit: & reddidit sane quasi commilitonibus deis stipendium. Haecenus pro libertate: mox de finibus cum eisdem latinis assidue & sine intermissione pugnatum est. Sora: quis credat: & algidum terrori fuerunt Satricum atque corniculum prouinciae: de ueuis & bouillis pudet si triumphauimus. Tibur nunc suburbanum: & aestiuae praeneste deliciae: nuncubatis in capitolio uotis petebant. Idem tunc fesulae: quod caprae nuper idem nemus aricinum: quod hercinus saltus: fregellae: quod gesoria

cū: quod Tigris: quod Eufrates: Coriolos quoq; pro pudor uictos adeo gloriae fuisse: ut captū opidū. CN. Marcius Coriolanus quasi numātia aut africā nomini indueret. Extāt & parta de Antio spolia: quae moenibus in suggestu fori capta hostiū classe suffixit: si tamē illa classis: nam sex fuere rostratae: sed hic numerus illis initiis nauale bellū fuit. Peruicacissimi tamē latinorū equi: & uolsi fuere: & quotidiani: ut sic dixerim: hostes. Sed hos praecipue Titus Quirius domuit ille dictator ab aratro: qui obfessa pene iā capta Marci Minutii cōsulis castia egregia uirtute seruauit. Mediū erat forte tēpus semētis cū patriciū uix inixū aratro suo licet in ipo ope deprehēdit. Inde in acie profectus: nequid a rustici operis imitatiōe cessaret: uictos more pecudū sub iugū misit. Sic expeditiōe finita rediit ad boues rursus triūphalis agricola: fides numinū qua uelocitate intra quindecim dies ceptū peractūq; bellū: prorsus ut festinasse dictator d relictū opus uideretur.

BELLVM CVM ETHRUSCIS: FALISCIS: ET FIDENATIBVS.

Assidui uero & auiuersarii hostes ab Ethruria fuere Veietes: adeo ut extra ordinariā manū aduersus eos promiserit priuatūq; gesserit bellū gens una Fabioꝝ: satis superq; idonea clades: caesi apud Cremerā trecēti & sex: patricius exercitus: & scelero signatū noīe quae proficiscētes in praeliū porta dimisit: sed ea clades igētibz expiata uictoriis: postq; per alios atq; alios duces robustissima capta sūt oppida uario quidē euentu. Falisci se spēte dederūt. Cremati suo igne Fidenates. Rapti fūditus deletiq; Veietes. Falisci cū obsiderēt: mira uisa ē fides ipatoris: nec imerito: q; ludi magistꝝ urbis pditorē cū his: quos adduxerat pueris: uictū sibi ultro remisit. Eā nāq; Furius Camillus uir factus & sapiēs sciebat uerā eē uictoriā quae salua fide & itegra dignitate pararet. Fidenae quia pares nō erāt fetto: ad terrorē mouēdū facibus armatae: & discoloribus serpētū in modū uitis furiali more processerāt: sed habitus ille feralis euerisionis omē fuit. Veietū quāta res fuerit indicat decēnis obsidio. Tūc primū hyematū sub pellibus taxata stipēdio hyberna: ad actus miles sua spēte iureiurādo nisi capta urbe nō remeare: spolia de Laerte Tolūnio rege ad feretriū reportata. deniq; nō scalis: nec irruptiōe: sed cūculo & subterraneis dolis pactū urbis excidiū: ea deniq; uisa ē pda magnitudo: ut eius decimae Apollini phytio mitterēt. Vniuersusq; P.R. ad direptionē urbis uocaret. Hoc tūc Veietes fuere: nūc fuisse quis meminit? quae reliquiae? quodue uestigiū: laborat annaliū fides: ut Veies fuisse credāmus.

BELLVM GALLICVM.

Hinc siue iudicia deū: siue fato rapidissimus pcurrētis ipii cursus parūp galloꝝ seonū incursiōe supprimit. Quod tēpus populo. R. nescio utq; clade funestius fuerit: an uirtutis expimētis speciosius. Eacerte fuit uis calamitatis. ut in expimētū illatā putē diuinitus: scire uolētibus imo ritalibus diis an romana uirtus iperū orbis mereat. Galli senones gēs natura ferox: moribus icondita: ob hoc ipsa corpore mole: p inde ac armis igentibus adeo oī genere terribilis fuit: ut plane nata ad hoīum iteritū: urbiū stragē uideret. Hi quōdā ab ultimis terraz oris cū cigerētur oīa oceano ingenti agmine pfecti: cū iā media uastasset positis iter alpes & padū sedibus: ne his quidē cōtēti p italiā uagabant. Tū clusiū opidū obsidebāt. Pro sociis ac foederatis. P.R. iteruēt. Missi ex more legati: sed quod ius apud barbaros: ferocius agūt: mouēt exide certamē. Cōuersis igē a Clusio: Romamq; ueniētibus: ad Alliā flumē cū exercitu Fabius cōsul occurrit: nō Cremes foedior clades. Itaq; hūc diē fastis Roma mādauit. Fuso exercitu iā moenibus urbis appropiquabāt. Erāt nulla praesidia Tū igē aut nūq; alias apparuit uera illa romana uirtus. Iā pridē maiores natu aplissimis usi honoribus in foz coeūt: ibi deuouēte pōtifice: diis se māibus cōsecrāt: statiq; in suas quisq; aedes regressi sicut in trabeis erāt: & aplissimo cultu: curulibus sellis sese posuerūt ut cū uenisset hostis in sua dignitate morerent. Pōtifices & flamines quicqd religioissimi in tēplis erāt: partim in doliis de fossa terra recōdūt: partim imposta plaustris secū auferūt. Virgines simul ex sacerdotio ueste nudo pede fugiētia sacra comitāt: tamē excepisse fugiētes unus e plebe ferē Albinus q; depositis uxore & filiis: uirgines in plaustrū recepit. Adeo tū quoq; in ultis religio publica priuatis affectibus antecellebat. Inuētus uero: quā satis cōstat uix mille hoīum fuisse: duce Mālio arcē capitolini mōtis sedit: obtestata ipsū qsi pntē louē: ut quēadmodū ipsi ad defendēdū tēplū eius cōcurrissent: ita ille uirtutem eorum numine suo tueret. Aderāt interī Galli: apertamq; urbē primo trepidie qui subesset dolus: mox ubi solitudinē uidēt: pari clamore & impetu inuadūt

Galloꝝ senonū m

patentes passim domos adeūt. ubi sedentes in curulibus suis prætextatos senes: uelut deos genitosq; uenerati: mox eosdem postq̄ esse homines liquebat: alioquin nihil respondere dignitates pari uecordia mactant. facesq; tectis iniiciūt. & torā urbē igne ferro manibus exæquat. Sex mensibus barbari: quis crederet: circa montē unū pependerūt: nec diebus modo sed noctibus omnia experti. Cū tamē Manlius nocte subeūtes clāgore anseris excitatus. a sūma rupe deiecit & ut spem hostibus demeret: quāq̄ in sūma fame: tamē ad spē fiducia panes ab arce iaculatus ē. Et statō quodā die per medias hostiū custodias Fabiū pontificē ab arce demisit: qui solēne sacre in quirinali monte cōficeret. Atq; ille per media hostiū tela incolumis religionis auxilio rediit: propitiosq; deos renūciauit. Nouissime cū iā obsidiōe sua barbaros fatigasset: mille pōdo auri recessū suū uendicantes: idq; ipsū per insolentiā cū ad iniqua pondera addito adhuc gladio: supbe uictos increparēt: subito aggressus a tergo Camillus adeo cecidit: ut oīa incendiōz uestigia gallici sanguinis inūdatione deleret. Agere gratias diis immortalibus pro ipso tāræ cladis noīe libet: pastoꝝ casus ignis ille & flāma paupertatē Romuli abscondit. Incendiū illud quid egit aliud. nisi ut destinata hominū ac deoz domicilio ciuitas non deleta: non obruta sed expiata pot ius & illustrata uideat. Igit̄ post assertam a Manlio: restituta a Camillo urbem acrius etiā uāhemētiusq; in finitimos surrexit. Ac primū omniū illā ipsā gallicā gentē non cōtentus moenibus expulisse: cū per italiā naufragia sua latius traheret. sic persecutus est duce Camillo: ut hodie nulla senonū uestigia supersint. Semel ap̄ Anienē trucidati: cū singulari certamine Manlius aureū torquē barbaro inter spolia detraxit. Inde torquati. Itēz pontino agro cū in simili pugna Lutius Valerius isidēte galeæ satyra alite adiutus rettulit spolia: & inde coruini. Nec non tamē post aliquot annos oēs reliquias eoz in ethruriā ad lacū uadimonis Dolo bella deleuit: nequis extaret in ea gente: qui icensam a se Romā urbē gloriaretur.

¶ BELLVM LATINVM.

Qonuersus a gallis in latinos Manlio torquato Decio murena consulibus: semper q̄dem emulatione imperii & magistratuū infestus. tū uero cōtemptu urbis incensat: cū ius ciuitatis: partē impii ac magistratuū poscerēt: pari impio atq; iam amplius q̄ cōgredi auderēt: quo tpe quis celsisse hostē mirabit̄: cū alter cōsulū filiū suū quia contra imperium pugnauerit: quis uictorē: occiderit. quasi plus in imperio esset: q̄ in uictoria. Alter quasi monitu deoz capite uelato primū ante aciem diis manibus se deuouerit: ut in cōfertissima se hostiū tela iaculatus: nouū ad uictoriā iter sanguinis sui semita aperiret.

¶ BELLVM SABINVM.

PLatinis aggressus est gētē sabinoz: qui imemores factæ sub Tito Tatio affinitatis quodā cōtagio belli se latinis adiūxerūt. Sed Curio dētrato cōsule: oēm eū tractum qua nar abit: fōtesq; uelini adriatico tenus mari igne ferroq; uastauit: qua uictoria tātū hoīum: tantū agroꝝ redactū in potestatē: ut in utro plus esset: ne ipse posset existimare: qui uicerat.

¶ BELLVM SAMNITICVM

Recibus deinde cāpaniæ motus non pro se: sed quod ē speciosius pro sociis sãntas iuadit. Erat foedus cū utrisq; percussū: sed hoc cāpani sanctius: & prius oīum suoz deditiōe fecerūt: sic ergo romanus bellū sãniticū tāq̄ sibi gessit: oīum nō modo italia: sed toto orbe terraz pulcherrima cāpaniæ plaga ē: nihil mollius cælo: deniq; bis floribus uernat: nihil uberius solo: ideo liberi cererisq; certamē dici: nihil hospitalius mari: hic illi nobiles portus: caieta: misenus: & tepentes fontibus baiæ: lucrinus & auernus quædā maris oīa: hic amicti uitibus mōtes: gaurus: salernus: massicus: & pulcherrimus oīum uesuuius æthnei ignis imitator: urbes ad mare formiæ: cumæ: puteoli: neapolis: herculaneū: pompeii & ipsa caput urbiū capua: quodā inter tres maxias Romā carthaginēq; numerata. Pro hac urbe iis regiōibus P. R. sãntas iuasit: gētē si opulentiā quæras: aureis & argēteis armis discolori ueste: usq; ad ambitū armatā: si fallaciā saltibus feræ & montiū fraude grassantē: si rabiē ac furorē: sacratis legibus humanisq; hostiis i exitiū urbis agitātā. si p̄tinaciā: sexies rupto foedere cladi busq; ipsis aiosiorē. Hos tamē q̄nquaginta ānis p̄ fabios & papirios p̄ses eozq; liberos ita subegit ac domuit: ita ruinas ipas urbiū diruit: ut hodie sãniū i ipō sãnio regrat̄: nec facile appeat materia q̄ttuor & uiginti triūphoz: maxie tamē nota & illustris ex hac gētē clades apud caudi

nas furcas Veturio Posthumioq; consulibus accepta est: clausa enim per insidias intra eum saltum exercitu: unde non posset euadere: stupens occasione tanta dux hostium pontius herennium patrem consuluit: & ille: mitteret omnes uel occideret: sapienter ut senior suaserat: hic armis exutos mittere sub iugum maluit: ut nec amici foret beneficio: & post flagitium hostes magis: itaq; & consules magnifice uoluntaria deditone turpitudine foederis dirimunt: & ultione flagitias miles Papirio duce horribile dictu subiectis ensibus per ipsam uiam antepugnata furit: & congressu arsisse omnium oculos hostis auctor fuit. nec prius finis caedibus datus: quam iugum & hostibus & duci capto repositum erunt

BELLVM ETHRVSCVM ET SAMNITICVM:

Hactenus P. R. cum singulis gentium: mox aceruati tamen sic quoque par omnibus ethruscorum. xii. populi in id tempus icitati: atque summus italiae populus sanitiu: reliqui in excidium romani nominis repetere conuerunt: Erat error igens: tot simul tantorumque populorum: a latere ethruria infesta quattuor agminum signa uolitant. Geminus interea saltus in medio ante inuius plane quasi calydonius uel hercynius adeo tunc terrori erat: ut senatus consuli denunciat: ne tantum periculi ingredi auderet. Sed nihil horum teruit ducem: quin fratre permisso exploraret accessus: ille per noctem pastorio habitum speculatus omnia refert. Tum sic Fabius maximus periculosissimum bellum periculo explicauit: nam subito incoditos atque pallantes aggressus est. captisque superioribus iugis in subiectos suo more detonuit. Ea namque species fuit illius belli: quasi in terrigenas e caelo ac nubibus tela mitterent: nec icrueta tamen illa uictoria: nam oppressus in sinu uallis alter consulum Decius more patrio deuotum diis manibus obtulit caput: soleneque familiae suae consecrationem in uictoriae precium redegit.

BELLVM TARENTINVM ET CVM PYRRHO REGE.

Sequitur bellum tarantinum: unum quidem titulo & nomine: sed uictoria multiplex. hoc enim campanos: apulos: atque Lucanos: & caput belli tarantinos: idem totam italiae: & cum istis omnibus Pyrrhum clarissimum graeciae regem una ueluti ruina perire uoluit: ut eodem tempore & italiae commiseretur: & transmarinos triumphos auspicaret. Tarentum est lacedaemoniorum opus calabriae quondam & apuliae totiusque lucaniae caput: tum magnitudine & muris: portuque nobilitate: tum mirabili situ: quippe in ipsis adriatici maris faucibus posita: in oras nostras Histriae: illyricum: epygae aethiopiae: aethiopiae: siciliae uela dimittit: iminet portui ad prospectum maris positum urbis thearum: quod quidem caetera ciuitati fuit omnium suarum calamitatum. Ludos forte celebrabat: cum remigantes littori romanas classes inde uideret atque hostem rati emicant: sine discrimine insultant: qui autem aut unde: Romam nec satis norant: aderat sine mora quaelibet ferens legatum: hanc quoque foedius per obscenam turpemque dictu contumeliam uiolat. Ex hinc bellum: sed apparatus horribilis: cum tot simul populi pro tarantinis conuenerunt: omnibusque uacillans Pyrrhus qui semigracae ex lacedaemoniis conditoribus ciuitate uedicaturus: cum totius uiribus: epyri: thessaliae: macedoniae: incognitisque in id tempus elephantis mari terra equis: armis: addito insuper ferarum terrore ueniebat. Apud heracleam & campaniae fluuium Iyrim Leuino consule: prima pugna: quae tam atrox fuit: ut ferentium turmae praefectus inuectus in regem turbauerit: coegeritque pietatis insignibus proelio excedere. Factum erat: nisi elephanti conuersi in spectaculum belli procurrissent: quorum tum magnitudine: tum deformitate & nouo colore simul ac stridore consternati: qui cum incognitas sibi belluas amplius quam erant suspicarent: fugam stragemque late dederunt. In apulia deinde apud asculum melius dimicatum est Curio Fabricioque consulibus. Iam quippe bellum terror exoleuerat: & Caius Minutius quartae legionis hastatus unius promoscidae abscessit mori posse belluas ostenderat: itaque & in ipsas pila congesta sunt: & in turres uibratae faces: tota hostium agmina ardentibus ruinis operuerunt. Nec alius cladis finis fuit: quam nox dirimeret: postremusque fugientium ipse rex a satellitibus humero saucius in armis suis referret. Lucaniae suprema pugna sub arusinis quos uocant capis: ducibus iisdem: qui superius: & tunc tota uictoria exitum: quem datura uirtus fuit: casus dedit. Nam productis in primam aciem rursus elephantis: unum ex his pullum adactum in caput teli grauis ictus auertit: qui cum per stragem suorum percurreret stridore quereret: mater agnouit: & quasi uedicare exhibuit: tum omnia circa quasi hostilia graui timore permissit: ac si caedem ferat: quam primam uictoria abstulerat: secundam pariter fecerat: tertia sine contouersia tradiderat. Nec uero tantum armis & in capis: sed consiliis quoque & deo & intra urbem cum rege Pyrrho dimicatum est. Quippe post primam uictoria rex callidus intellecta uirtute romana: statim despauit armis: sequi

ad dolos contulit. Nam interemptos tremavit: captiuosq; indulgenter habuit: & sine precio restituit. Missisq; deinde legatis in urbem omni modo adnixus est: ut in amicitiam reciperet sed bello & pace foris & domi omnem in partem romana uirtus tum se probauit: nec alias magis q̄ tarentina uictoria ostendit populi romani fortitudinem: senatus sapientiam: ducū magnanimitatem: qui nam illi fuerūt uiri quos ab elephantis primo prælio obrutos accepimus: omnium uulnera in pectore: quidam hostibus suis immortalui: omnium in manibus enses: & relicte in uultibus minæ: & in ipsa morte ita uiuebat: quod adeo pyrrhus miratus est: ut diceret. O q̄ facile erat orbis imperium occupare: aut mihi romanis militibus: aut me rege romanis. Quæ autem eorum: qui superfuerunt in reparado exercitu festinatio: cum Pyrrhus uideo me inquit plane hercules sydere procreatum: cui quasi ab angue lærneo tot cæsa hostium capita de sanguine suo renascuntur: Qui autem ille senatus fuit: cum perorante Appio cæco pulsū cum muneribus suis ab urbe legati. Interrogati a rege suo quid de hostium sede sentirent. Urbem templum sibi uisum: senatum regnum esse confiterentur: quales porro ipsi duces uel in castris: cum medicum uenale regis pyrhi caput afferentem Curius remisit. Fabricius oblaram sibi a rege imperii partem repudiavit: uel in pace: cum Curius sicilia sua sannitico præferret auro. Fabricius decem pondo argenti: circa Ruffinum consularem uirum: quasi luxuriam censoria grauitate damnaret. Quis ergo miretur his moribus: uirtute militum: uictorem populū romanum fuisse: unoq; bello tarentino intra quadriennium maximam partem italia: fortissimas gentes: opulentissimas urbes: urberrimasq; regiones in deditionem redegisse. Aut quid adeo fidem superet: quoniam si principia belli cum exitu conferantur. Victor primo prælio Pyrrhus totam tremetem italia: campaniam: Lyrim: flegellasq; populatus: prope captam urbem a prænestina arce prospexit: & a uigesimo lapide oculos trepide ciuitatis fumo ac puluere impleuit. Eodem postea bis exuto castris: bis saucio: & in græciam suam transmare ac terras fugato: pax & quies & tanta adeo de opulentissimis tot gentibus spolia: ut uictoriam suam Roma non caperet. Nec enim ullus pulchrior in urbe: aut speciosior triumphus intrauit. Ante hunc diem nihil nisi pecora uolscorum: greges sabi norum: carpenta gallorum: fracta sannitum arma uidisset. Tū si captiuos aspiceret: Molossi: thessali: macedones: brutius: apulus: atq; lucanus. Si pompas: aurum: purpura: signa: tabulæ: tarentinaq; delicia. Sed nihil libentius populus romanus aspexit: q̄ illas quas timuerat cum turribus suis belluas: quæ non sine sensu captiuitatis summissis ceruicibus uictores equos sequebantur.

BELLVM PICENTE.

Omnis mox italia pacem habuit. quid enim post tarentum auderent: nisi q̄ ultro persequi socios hostium placuit. Domiti hæc picentes: sed caput gentis asculum Sempronio duce: qui tremete inter prælium capo tellurē deam promissa æde placuit.

BELLVM SALENTINVM.

Salentini picentibus additi: caputq; regionis brundisium iclyto portu. M. Attilio duce & in hoc certamine uictoriæ precium sibi pastoria pales ultro poposcit.

BELLVM VVSINENSE

Ostremi italicorum in fide mansere uulsini opulentissimi ethruscorum: implorantes opem aduersus seruos quondam suos: qui libertatem a dominis datam in ipsos exererat: translataq; in se republica dominabantur. sed hi quoq; duce Fabio gurgite poenas dederunt.

DE SEDITIONIBVS.

Hæc est secunda ætas P.R. & quasi adolescentia qua maxime uiruit: & quodam flore uirtutis exarsit ac fremuit. Itaq; quædam adhuc ex pastoribus seritas quiddam spirabat indomitum. Inde est quod exercitus Posthumium imperatorem inficiantem quas promiserat prædas facta in castris seditione lapidauit: q̄ sub Appio Claudio noluit uincere hostem: cum posset: q̄ duce Valerio Nerone detractantibus plæxisq; mili

tiam: fracti consulis fasces. Inde q̄ clarissimos principes: q̄ aduersarentur uoluntati suæ: exultatione multauit: ut coriolanum colere agros iubentem: nec minus ille ferociter iniuriam armis uindicasset: nisi q̄ iam inferentem signa filium mater Vetruria lachrymis suis exarmauit ut ipsum Camillum q̄ inique inter plebem & exercitum diuisisse ueientem prædam uideret. sed hic melior obsessis in capta urbe consuluit: & mox supplices de hoste gallo uindicauit. Cū senatu quoq; de æquo bonoq; certatum est: adeo ut relictis sedibus solitudinem & interitum patriæ suæ minarentur.

DRima discordia ob impotentiam feneratorum: quibus in terga quoq; seruiliter seruentibus: in sacre montem plebs armata secessit: ægreq; nec nisi tribunos impetrasset: Menenii agrippæ facundi & sapientis uiri auctoritate reuocata est. Extat orationis antiquæ satis efficax ad concordiam fabula: qua dissedisse inter se quondam manus artus: q̄ omnibus opere fugientibus solus uenter immunis ageret: deinde moribus a seiunctione redisse in gratiam quando sensissent: q̄ eius opera: redactis in sanguinem cibus irrigarentur.

SEcundā in urbe decēuiratus libido cōflauit: allatas a græcia leges decē principes lecti iubente populo cōscripserat: ordinataq; erat in .xii. tabulis tota iusticia. Cū tamen traditos fasces regio quodā furore retiebāt. Ante cæteros Appius eo insolentiæ elatus ē: ut iugē uirginē stupro destinaret: oblitus & lucretiæ & regū & iuris: quod ipse composuerat. Itaq; cum oppressam iudicio filiā trahi in seruitutem uideret: uirginis pater nihil cunctatus in medio foro manu sua interfecit: admotisq; signis commilitonū totam eam dominationem obsessam armis in carcerem & cathenas ab auentino monte detraxit.

Quartam seditionem excitauit matrimoniorum indignitas: ut plebes cum patriciis iungerentur: qui tumultus in monte Ianiculo duce Canuelio tribuno plebis exarsit.

Quartam honorem cupido: ut plebei quoq; magistratus crearentur. Fabius ambustus duag; pater: alterā supplicio patritii sanguinis dederat: alteram plebeio Stolo quodam tempore: q̄ lictoriæ uirgæ sonum ignotum penetibus suis expauerat a sorore satis insolenter irrisa iniuriam non tulit. Itaq; nactus tribunatum honorem & magistratum consortium quibus inuictis senatui extorsit. Vex; in his ipsi seditionibus principem populum non immerito suspexeris: siquidem nunc libertatem: nunc pudicitiam: tum natalium dignitatem: honorem decora & insignia uindicauit. Inter omnia hæc nullius acrior custos q̄ libertatis fuit. Nullaq; in precium eius potuit largitione corrumpi: cū ut in magno & in die maiore populo interī perniciosi ciues existerent. Cassiū largitione agraria lege suspectum regie dominationis præsentī morte multauit. Ac de spurio quidem supplicium pater ipsius sumpsit. Hunc Quintii dictatoris imperio in medio foro magister equitum Seruilius hala confodit. Manliū uero capitolii uindicat: quia plerosq; debitorum liberauerat: alius se & inciuius efferentem: ab illa quam defenderat arce: deiecit. Talis domi ac foris: talis pace belloq; P. R. fretum illud adolescentiæ. i. secundam imperii ætatem habuit in qua totam inter alpes fretumq; italiam armis subegit.

LVCII FLORII EPITHOMATIS LIBER SECVNVS.

DOmnia subacta; italia P. R. prope quingentesimum annum agens: cum bona fide adoleuisset: si quod est robur: si qua iuuentas: tum ille uere robustus & iuuenis & par orbi terrarum esse coepit. Itaq; mirū & incredibile dictū: qui prope quingentis annis domi luctatus est: adeo difficile fuerat dare italiæ caput his ducentis annis qui sequuntur: africam: europam: asiam: totum deniq; orbem terrarum bellis uictoriisq; peragrauit.

PRIMUM BELLVM PVNICVM.

Igitur uictor italiæ populus cum a terra fretum usq; uenisset: more ignis: qui obuias populatus incendio siluas interuenientem flumine abrumpitur: paulisper substitit: mox cum uideret opulentissimam in proximo prædam quodam modo italiæ suæ abscissam & quasi reuolsam: adeo cupiditatis eius exarsit: ut quatenus nec mare iungi: nec pontibus posset: armis belloq; iungenda: & ad continentem suam reuocanda

bello uideretur. Sed ecce se ultro ipsis uiam pandentibus fatis nec occasio defuit: cum de pœ-
noz impotentia fœderata siciliæ ciuitas messana quæreretur. Affectabat autem ut romanus
ita penus siciliam: & eodem tempore paribus uterque uotis ac uiribus imperium orbis agitabat.
Igitur specie quidem socios iuuandi: re autem sollicitante præda: quamq̃ territare nouitas rei:
tanta tamen in uirtute fiducia est ille rudis: ille pastorius populus: uereq̃ terrester ostendit ni-
hil interesse uirtutis: equis an nauibus: terra an mari dimicaretur. Appio Claudio consule pri-
mum fretum tum ingressus est fabulosis infame monstris æstuq̃ uiolentum: sed adeo non ē
exterritus: ut ipsam illam ruentis æstus uiolentiam pro munere amplecteretur: statimq̃ ac si-
ne mora Hieronem syracusanum regem tanta celeritate uicit: ut ipse ille se prius uictū q̃ ho-
stem uideret: fateretur. Dullio Cornelioq̃ consulibus etiam mari congregi ausus est: cum qui-
dem ipsa uelocitas classis comperate auspiciū fuit: intra enim sexagesimum diem: quam cæ-
sa silua fuerat. clx. nauium classis in anchoris stetit: ut non arte facte: sed quodam munere deo
rum conuersæ naues: atq̃ mutatæ arbores uiderentur: prælii uero fama mirabilis: cum illas ce-
leres uolucresq̃ hostium naues hæc graues tardæq̃ comprehenderent: longe illis nauticæ ar-
tes: detorquere remos: & ludificari fuga rostra. Iniectæ enim ferreæ manus machinæq̃ aliæ an-
te certamen multū ab hoste dirisæ coactiq̃ hostes quasi in solido decernere: uictor ergo apud
liparas mersa & fugata hostium classe primum illud maritimum egit triumphū: cuius quod
gaudium fuit: cum Dullius imperator non contentus unius diei triumpho per uitam omnem
ubi a cena rediret præluce funalia: præcinere sibi tibias iussit: quasi quottidie triumpharet:
pro tanta huius uictoria leue huius prælii damnū fuit. Alter consulū interceptus Asina
Cornelius qui simularo colloquio euocatus atq̃ oppressus fuit: perfidiæ punicæ documentū
Colatino dictatore fere omnia præsidia penoz agrigento: drepano panormo: eryce: lilybeo de-
traxit: trepidatum est semel circa camerinensium saltum: sed eximia uirtute Calfurni flamme
tribuni militū euasimus: qui lecta. ccc. manu infestum & infestum ab hostibus tumultū occu-
pauit: adeoq̃ moratus hostes: dum exercitus omnis euaderet: ac si pulcherimo exitu terno-
pylarum & leonide famam adequauit. Hoc illustrior noster q̃ expeditioni tantæ superfuit &
superuixit licet nihil scripserit sanguine Lutio Cornelio Scipione cum iam sicilia suburbana
esset populi romani prouincia: serpente latius bello sardiniam annexarq̃ ei corsicana transiit:
ubi & hic carale urbis excidio incolas terruit: adeoq̃ omnis terra mari pœnos expugnauit: ut
iam uictoria nihil nisi africa ipsa restaret. M. Atilio Regulo duce iam in africanam nauigabat
bellum: nec deerant: qui ipso punici maris nomine ac terrore deficerent: augente insuper tri-
buno Mannio metum: in quem: nisi paruisset: securi districta imperator metu mortis nauigā-
di fecit audaciā: mox de uentis remisq̃ properatū et tantusq̃ terror hostici aduentus pœnis fu-
it: ut apertis pœne portis carthago caperetur. Belli prima premium fuit ciuitas clypea: prima
enim a punico littore quasi arx & specula procurrit: & hæc & .ccc. apud castella uastata sunt:
nec cum hominibus: sed cum monstris quoq̃ dimicatum est. Cum quasi in uindictam africæ
nata miræ magnitudinis serpens posita apud bragadam castra uexaret: Sed omnium uictor re-
gulus cum terrore nominis sui late circūtulisset: cūq̃ magnam uim iuuentutis ducesq̃ ipos
aut cœpisset aut haberet in uinculis: classemq̃ ingenti præda honustam & triumpho grauem
in urbem præmisisset: etiam ipsam caput belli carthaginem urgebat obsidē: ipsiq̃ portis in-
herebat: Hic paulum circūacta fortuna est: tantum ut plura deessent romanæ urbis insignia:
cuius fere magnitudo calamitatibus approbatur: nam conuersis ad externa auxilia hostibus:
cum Xantippum illis ducem Lacedæmon misisset: uero militiæ peritissimo uincimur: cum
fœda clade romanisq̃ usu incognita. Viuus in manus hostium uenit fortissimus imperator:
Sed ille quidem par tantæ calamitati fuit. Nam nec punico carcere fractus est: nec legatiōe sus-
cepta: quippe diuersa: quam hostes mandauerant: censuit: ne pax fieret: ne commutatio capti-
uorum reciperetur: sed nec illo uoluntario ad hostes suos reditu: nec ultimo siue carceris: seu
crucis supplicio deformata maiestas. Immo his omnibus admirabilior quid aliud: q̃ uictus de
uictoribus: quia carthago non cesserat: de fortuna triūphauit. Populus autem romanus multo
acrior infestiorq̃ pro ultione reguli q̃ pro uictoria fuit. Metello igitur consule spirantibus al-
tius pœnis: & reuerso in siciliam bello: apud panormum sic hostes cecidit: ut ne amplius ea in
insula concitaret. Argumentum ingentis uictoriæ centum icriter elephantoz captiuitas. Sic
quoq̃ magna præda si gregem illum non bello sed uenatione cœpisset. Publio Claudio con-
sule non ab hostibus sed a diis ipsis superatus est: quoq̃ auspicia contempserant: ibi statim clas-
se demersa: ubi ille præcipitari pullos iusserat: q̃ pugnare ab his uetaretur. M. Fabio buteone

consule classem hostium in affrico mari apud egimuz iam in italiã ulro nauigantem cecidit. Quamuis Octauio triumphus tempestate intercudit: cum opulenta præda classis aduersis acta uentis naufragio suo africanã & syrtes omnium imperia gentium: infulaz littora impleuit. Magna clades: sed non sine aliqua principis populi dignitate intercepta tempestate uictoria: & triumphum periisse naufragio. Et tamen cum punicæ prædæ omnibus insulisq; fluitarent. P. R. triumphauit. Lucratio Catulo consule: tandem bello finis impositus apud insulas: quibus nomen egates: nec maior alia in mari pugna: quippe cõmeatibus exercitu: propugnaculis: armis: grauis hostium classis: & in eis quasi tota carthago: quod ipsum exitio fuit. Romana classis prompta: leuis: expedita: & quodam genere castrensis ad similitudinem pugnae eque stris sic remis quasi habenis agebatur: & in hos uel in illos mobilia rostra speciem uiuentium præferabant. Itaq; momento temporis laceratae hostium rates totum inter siciliã sardiniãq; pelagus naufragio suo operuerunt. Tanta deniq; fuit illa uictoria: ut de excidendis hostiũ mœnibus non quæreretur: superuacuum uisum est in arcem murosq; sæuire: cum iam in mari esset deleta carthago.

BELLVM LIGVRICVM.

Peracto punico bello secuta est breuis sane & quasi ad recipiendum spiritum requies argumentumq; pacis & bona fide cessantium armoz: tunc primũ post Numam clausa fuit porta lani: sed statim ac sine mora patuit: quippe iam Ligures: iam insubres galli: necnon & illirici laceßebant. Sic de subalpiibus idest de subipsis italiæ faucibus gentes: deo quodam assidue incitante: ne rubiginem ac situm. s. arma sentirent: deniq; itaq; quotidiani: & quasi domestici hostes tyrocinia militum imbuebant: nec alter utraq; gente quasi cote quadam. P. R. feræ suæ uirtutis acuebat. Ligures imis alpium iugis adherentes: inter uarrum & macram flumen implicitos dumis siluestribus maior aliq̃to laborerat inuenire: q̃ uincere: tutum locis & fuga: duze atq; uelox genus ex occasione magis latrocinia q̃ bella faciebat. Itaq; cum diu multumq; eluderet saltus deciates: mox ubi: euburiates: incognitas tandem Fuluius latebras eoz ignibus sepsit. Bebius in plana deduxit. Posthumius ita exarmauit ut uix reliquerit ferrum quo terra coleretur.

Ligures

BELLVM GALLICVM.

Oallis insubribus & his accolis alpium: animi feraz: corpora plusq; humana erant: sed experimento deprehensum est: quippe sicut primus impetus eis maior q̃ uiroz est ita sequens minor q̃ foeminaz. Alpina corpora humenti cælo educata habet quiddam simile niuibus suis: quæ mox ut caluere pugna: statim in sudorem eunt: & leui motu: quasi sole laxantur. Hi sæpe & alias: sed Britomaro duce non prius soluturos se baltea: q; capitolium ascendissent iurauerant: factum est: uictos enim Emilius in capitolio discinxit. Mox Aristonico duce uouere de nostræ militum præda Marti suo torquem: intercepti lupiter uotum: nam de torquibus eorum aureum tropheum Ioui Flaminio erexit. Virido maro rege romana arma Vulcano promiserant: alioquin uota ceciderunt: occiso enim rege Marcellus tertia post Romulum patrem feretrio Ioui arma suspendit.

BELLVM ILLYRICVM.

Illyrii seu liburni sub extremis alpium radicibus agunt: inter arsiã titiumq; flumen: longissime per totum adriani maris littus effusi: hi regnante Teusa muliere populationibus non contenti licentiæ scelus addiderunt. Legatos quippe nostros ob ea quæ deliquerant iure agetes: nec gladio quidem: sed ut uictimas securi percutiunt præfectos nauium igne conburunt: idq; quo indignius foret mulier imperabat. Itaq; Cneo Fuluiõ centimalo duce late domantur. Strictæ in principium colla secures legatorum manibus litauere.

BELLVM PVNICVM SECVNDVM.

Post primum punicũ bellum uix quadriennii requies ecce altere bellum minus quodam spacio: nec. n. amplius q̃. xviii. annos habet: sed adeo claudium atrocitate terribilius: ut si quis conferat damna utriusq; populi. similior uicto sit populus qui ui

cit. At pudebat nobilem populum ablatum mare: raptæ infulæ: dare tributa: quæ iubere con-
sueuerat. Hinc in ultionem puer Hannibal ad aram patri iurauerat: nec re morabatur. Igitur
in causa belli Saguntus deleta est hispaniæ ciuitas: & opulenta: fideiq; erga romanos magnum
quidem sed triste monumentum: q̄ in libertate communi foedere exceptam. Hannibal causas
nouæ motuum quærens: & suis & ipsorum manibus euertit: ut italiam sibi rupto foedere a-
periret. Summa foederis romani religio est: itaq; ad auditum sociæ ciuitatis obsidium: memo-
res isti cum pœnis quoq; foederis: non statim ad arma procurunt: dum prius more legitimo
quæri malunt interim iam nouem mensibus fessi fame: machinis: ferro & igne uersa deniq; in
rabiem fide immanem in foro excitant togam: tum deluper se suosq; cum omnibus opibus
suis ferro & igne corrumpunt. Huius tantæ cladis auctor Hannibal poscitur: tergierantibus
pœnis dux legationis: quæ inquit mora est? Fabius. In hoc ego sinu bellum affero: & pacem:
utrum eligitis: utrum placet sumite: cunq; succlamatum esset: utrum uellet: daret. Bellum igitur
inquit accipite: & excusso in media curia togæ gremio non sine horrore quasi plane sinu
bellum ferret: effudit. Similis exitus belli initio fuit. Nam quasi has inferias sibi saguntinorum
ultimæ dire in illo publico parricidio incendioq; mandassent: ita manibus eorū uastatione ita-
liæ: captiuitate africæ: ducum & regum. qui id gessere bellum: exitio parentatum est. Igitur ubi
semel se in hispania mouit illa grauis & luctuosa punici belli uis atq; tempestas: destinatumq;
romanis iam diu fulmen saguntino igne conflauit: statim quodam impetu raptæ medias per-
fregit alpes: & in italiam ab illis fabulosæ altitudinis niuibus uelut celo missa descendit: ac
primi quidem impetus turbo inter padum & ticinum ualido statim fragore detonuit. Tunc
Scipione duce sensus exercitus: sauius & ipse uenisset in hostium manus imperator: nisi prote-
ctum patrem prætextatus admodum filius ab ipsa morte rapuisset: & hic erit Scipio: qui in exi-
tum africæ crescit nomen ex malis eius habiturus. Ticino Trebia succedit: hic secunda belli
punici procella desæuit Sempronio consule: tunc callidissimi hostes frigidum & niualem na-
cti diem cum se ignibus prius oleoq; fouissent: horrible dictu: homines a meridie & sole ueni-
entes: nostra nos hyeme uicerunt. Trasimenus lacus tertium flumen Hannibalis imperatore
Flamminio: sibi quoq; ars nouæ punicæ fraudis: quippe nebula lacus plaustribusq; uir gultis
tectus equitum terga subito pugnantium iuauit. Nec de diis possumus quæri: imminentem
temerario duci cladem prædixerat. Insidentia signis agmina & aquilæ prodire nolentes: & cō-
missam aciem secutus ingens terræ tremor: nisi illum horrore soli equitum uiroq; discursus
& mota uæhementius arma fecerunt. Quartum idest pœne ultimum uulnus imperii cæ-
ne ignobilis apuliæ uicus: sed magnitudine cladis emerfit: & xl. milium cæde parta nobilitas.
Ibi in exitium infelicitis exercitus dux: terra: cælum: dies: tota deniq; rerum natura consensit. Si
quidem non contentus simulatis transfugis Hannibal: qui mox terga pugnantium ceciderat.
Insuper callidissimus imperator patentibus in campis obseruato loci ingenio: q; & sol ibi acer-
rimus & plurimus puluis: & eurus ab oriente semper quasi ad constitutum: ita instruxit aciem
ut romanis aduersus hæc omnia aduersis: quasi secundum cælum tenēs: uento: puluere: sole:
pugnaret. Itaq; duo maximi exercitus cæsi ad hostium facietatem: donec Hannibal diceret mi-
liti suo: parce ferro. Ducum effugit alter: Alter occisus est: dubium uter maiore animo: paulū
puduit. Varro non desperauit: Documenta cladis: cruentis aliq̄ diu aufidius pons de cadaueri-
bus iussu ducis factus in terrore Vergeli modii duo anuloq; carthaginem missi dignitasq;
equestris taxata mensura: dubium deinde non erat: quā ultimum illum diem habitura fuerit
Roma: quintumq; intra diem epulari Hannibal in capitolio potuerit: si quod pœnum illum
dixisset Adherbalem Bomilcaris ferunt. Hannibal quemadmodum sciret uincere: sic uti uictoria
scisset. Tam quidem illum: ut dici uulgo solet: aut fatum urbis imperaturæ: aut ipsius mēs
mala & aduersi a carthagine dii in diuersum abstulerunt. cum uictoria posset uti: frui maluit.
Relictaq; Roma campaniam tarentumq; peragrarē: ubi mox & ipse: & exercitus ardor elan-
guit: adeo ut uerum dictum sit: capuam Hannibali cannas fuisse. Siquidem inuictum alpibus
indomitum armis: campaniæ: quis crederet: soles & tepentes fontibus baiæ subegerunt. Inte-
rim respirare roma uis: & quasi ab inferis emergere: arma non erant: detracta sunt. templis de-
erant iuuentus. in sacramentum militiæ liberata seruitia: egebant arario: opes suas libens sena-
tus in medium protulit: nec præter q; in bullis singulisq; anulis erat: quicq; sibi auri reliquere:
eques secutus exemplum: imitataq; equitem tribus: deniq; uix sufficere tabulæ uix scribæ
manus Leui Marcelloq; consulibus cū priuatiæ opes in publicū deferrentur: quid aut in eligē-
dis magistratibus: quæ centuriæ sapiētia: cū iunioribus a senioribus cōsiliū de creandis cōsu-

libus petiuere: quippe aduersus hostem totiens: uictorem: tam callidū: non uirtute tantū: sed suis etiam pugnare consiliis oportebat. Prima redeuntis: sed ut sic dixerim reuiuifcentis imperii spes Fabius fuit: qui nouam de Hannibale uictoriam commentus est: non pugnare. Hinc illi cognomen nouū: & reipublicæ salutare cūctator. Hic illud ex populo: ut imperii scutū uocatur. Itaq; per sāniū totū per falernos gauranosq; saltus: sic macerauit Hannibalem: ut qui frangi uirtute non poterat mora comminueretur. Inde claudio Marcello duce etiam congregatus est cominus uenit & pepulit: & campania sua: & ab obsidione nolæ urbis excussit. Ausus & sempronio gracho duce per lucaniam sequi: & præmere terga cedentis: quis tunc: o pudor manu seruili pugnaret: nam hucusq; tot mala compulerant: sed libertate donati fecerant de seruitute romanos. O horribilem in tot aduersis fiduciam: o singularem animū ac spiritū populi romāi tam arctis afflictisq; rebus: cū de italia sua dubitaret: ausus est tamen in diuersa respicere: cunq; hostes in iugulo per campaniam apuliamq; uolitantem medianq; de italia africam facerent: eodem tempore & hunc sustinebat: & in siciliam: sardiniam: hispaniam: diuisa per terrarū orbē arma mittebat. Sicilia mandata Marcello: nec diu restitit: tota enim insula in una urbe superata: est grande illud: & ante id tempus inuictum caput syracusæ quibus Archimedis ingenio defenderetur: aliquando gesserunt. Longe illi triplex murus: totidemq; arces: portus ille marmoreus & fons celebratus Aretusæ: nisi quod hætenus profuerit: ut pulchritudini uictæ urbis parceretur. Sardiniam Gracchus arripuit: nihil illic gentiū feritas insanorūq; nam sic uocatur immanitas montiū profuere: scuitum in urbes. urbēq; urbiū. Caralim: ut gens contumax uilisq; mortis saltem desiderio patrii soli domaretur. In hispaniam missi Cneus & Publius Scipiones spem totam pœnis eripuerāt: sed insidiis punice fraudis oppressi rursus amiserant. Magnis quidem illi præliis cum punicas opes cecidissent: sed punice insidiæ alteq; ferro castrametantem: alteq; cum euasisset in turrem cinctū facibus opprefferunt. Igitur in ultionem patris ac patrii missus cū exercitu Scipio cui tam grande de africa nomen fata decreuerant. Belatricem illam uiris armisq; nobilem hispaniam illam seminariū hostilis exercitus: illam Hannibalis eruditricem: incredibile dictu: totam a pyreneis montibus in Herculis colūnas: & oceanum recuperauit: nescias citius: an facilius quā uelociter quattuor anni fatentur: quā facile uel una ciuitas probat: eodem quippe quo obsessā est die capta est: omenq; africæ uictoriæ fuit: quā facile capta est Hispana Carthago. Certū est tamen ad profligandam prouinciam maxime profecisse singularem ducis sanctitatem: quippe qui captiuos pueros puellasq; præcipue pulchritudinis barbaris restituerit: ne in conspectū quidem suū passus adduci. ne quid de uirginitatis integritate deliberasse saltem uel oculis uideretur. Hæc inter diuersa terrarū populus romanus: nec ideo tamen italiæ uisceribus inherentem summouere poterat Hannibalem carthaginensem. Plæraq; ad hostem defecerant: & dux acerrimus contra romanos italicis quoq; uiribus utebatur: iam tamen cum plærisq; opidis & regionibus excusseramus tarentinis ad nos redierat: iam & capua sedes & domus & patria altera Hannibalis tenebatur: cuius ammissio tantum pœno duci dolorem dedit: ut ille totis uiribus Romam conuerteretur. O populum dignum orbis imperio: dignum omnium fauore: & administratione hominum ac deorum: cōpulsus ad ultimos metus ab incepto non destitit: & de sua urbe sollicitus: capuam tamen non omisit: sed parte exercitus sub Appio consule relicta: parte flaccū in urbe secuta: absens simul præsensq; pugnabat. Quid ergo miramur? Mouenti castra a tertio lapide Hannibali iteq; ipsos deos: deos inq; nec fateri pudebit restitisse: tanta enim ad singulos illius motus uis imbrium effusa ē: tanta uentorū uolentia coorta est: ut diuinitus hostem summoueri: nec cœlo sed ab urbis ipsius mœnibus: & capitolio ferri uideretur. Itaq; fugit: & cessit: & in ultimum se italiæ recepit sinum: cum urbem tantum non adortam reliquisset. Parua res dictu: sed ad magnanimitatē Po. R. probandā satis efficax: quod illis ipsis quibus obsidebantur diebus: ager quē Hannibal castris insiderat: uenalis romæ fuit: hastæq; subiectus inuenit emptorem. Voluit Hannibal cōtra fiduciam imitari: subiecitq; argentarias urbis tabernas nec sector inuentus est. Ut scias etiam prælagia satis fuisse: nihil actum erat tanta uirtute tanto fauore deorum. Siquidem ab hispania Hasdrubal frater Hannibalis cum exercitu nouo: nouis uiribus. noua belli mole ueniebat. Actum erat procul dubio: si uir ille se cum fratre iunxisset: sed hunc quoq; castrametantē Claudius Nero cum Liuio Salinatore debellat. Nero in ultimo italiæ angulo summouebat Hannibalem: Liuus in diuersissimam partem: & in ipsas nascentis italiæ fauces signa conuertat: tanto omni quā longissima italia solo interiacente: quo consilio: qua celeritate consules castra coniunxerint: inopinanterq; hostem collatis signis compresserint. neq; id fieri Hannibal

senferit: difficile dictu est. Certe Hannibal re cōgnita: cum proiectum fratris caput ad sua castra uidisset agnosco inqt in foelicitatem carthaginis: hæc fuit illius uiri non sine prælagio quodam fati immiuentis prima confessio: iam certum erat Hannibalem etiam ipsius confessione posse uinci: sed tot rerum prosperarum fiducia plenus populus romanus magni extimabat asperrimum hostem in sua africa debellare. Duce igitur Scipione in ipsam africanam tota mole cōuersus imitari cœpit Hannibalem: & italiæ suæ clades in africa uindicare. Quas ille dii boni Hasdrubalis copias: quos Syphacis exercitus fudit: quæ quâtaq; utriusq; castra facibus illatis una nocte deleuit: Deniq; iam non a tertio lapide: sed ipsas carthaginis portas obsidione quætiebat: sic factum est: ut inherentem atq; incubantem italiæ extorqueret Hannibalem. Non fuit maior sub imperio romano dies q̄ ille: cum duo omnium & antea & postea ducum maximi ille italiæ: hic hispaniæ uictor collatis cominus signis direxere aciem. Sed & colloquium fuit inter ipsos de legibus pacis. Stererunt diu mutua admiratione defixi: ubi de pace non conuenit: signa cecinere. Constat utriusq; confessione nec melius instrui aciem: nec acius potuisse pugnari: hoc Scipio de Hannibalis: Hannibal de Scipionis exercitu prædicauerunt. Sed tamē Hannibal cessit: præmiumq; uictoriæ africa fuit & secutus africanam terrarum orbis.

BELLVM MACEDONICVM PRIMVM.

Ost carthaginem uinci neminem puduit: secutæ sunt statim africanas gentes: macedonia: græcia: syria: cæteraq; omnia quōdam quasi æstu & torrente fortunæ: sic primi omnium macedones affectator quondam imperii populus. Itaq; quis tunc Philippus regno præsideret: romani tamen dimicare sibi cum rege Alexandro, uidebatur. Macedonicum bellum nomine amplius q̄ spectatione gentis fuit. Causa cœpit a fœdere Philippi: quo rex iam pridem dominantem in italia Hannibalem sibi sociauerat: postea creuit implorantibus athenis auxilium contra regis iniurias: cum ille ultra ius uictoriæ in templis: aras: & sepulchra ipsa sæuiret. Placuit senatui opem tantis ferre supplicibus: quippe iam gentium reges: duces: populi: nationes: præsidia sibi ab hac urbe petebant. primo igitur Liuius cōsule populus romanus Ionium mare ingressus tota græciæ littora ueluti triumphanti classe peragravit: spolia quippe siciliæ: hispaniæ: sardinia: africæ præferbat. Et manifestam uictoriam nata in prætoris puppe laurus pollicebatur. Aderat sponte in auxilium Attalus rex pergamorum. Aderant Rodii nauticus populus: quibus a mari consula: terris omnia equis uirisq; quætiebat: bis uictus rex: bis exutus: bis fugatis castris. cum tamen nihil terribilius macedonibus fuit ipso uulnerum aspectu: quæ non spiculis neque sagittis: nec ullo græculo ferro: sed ingentibus pilis: nec minoribus adacta gladiis ultra mortem patebant. Enimvero Flamminio duce inuios antea chaonum montes. Indumq; amnem per abrupta uadentem: & ipsa Macedonia claustra penetrauimus: introisse uictoriæ fuit: Nam postea nunquam ausus congregi rex ad tumulos: quos cynocephalas uocāt: uno ac ne hoc quidem iusto prælio opprimitur: & illi quidem consul pacem dedit regnumq; concessit: mox nequid esset hostile thebas & Euboëam & grassantem sub Nabide suo lacedæmona compescuit. Græciæ uero ueterem statum reddidit: ut legibus uiueret suis & auita libertate frueretur. Quæ gaudia quæ uociferationes fuerunt: Cum hoc forte Nemeæ in theatro quinquennialibus ludis a præcōe caneretur: quo certauere plausu: quid florum in consulem profuderunt: & iteq; iterumq; præconem repetere illam uocem iubebat: qua liberras achiæ pronunciabatur: nec aliter illa consulari sententia: q̄ modulatissimo aliquo tibiæ: aut fidium cantu fruebantur.

BELLVM SYRIACVM REGIS ANTIOCHI.

Macedoniam statim & regem Philippum Antiochus excepit quodam casu quasi industria sic a gubernante fortuna: ut quemadmodum ab africa in europam: sic ab europa in asiam ultro. se suggerentibus causis imperium procederet: & cum terrarum orbis situs ipse ordo uictoriæ nauigaret. Non aliud formidolosius fama bellum fuit: quippe cum persas & orientem Xerses atq; Darium cogitarēt: quādo p̄fossi iuuu mōtes: quādo uelis optum mare nunciaretur: ut hoc caelestes minæ territabant cum humore continuo cumanus Apollo sudaret: sed hic fauētis asiæ suæ numis timor erat. sed nec sane uiris opibus armisq; q̄q̄ copiosius syria:

sed in manibus tam ignaui regis inciderat: ut nihil fuerit in Antiocho speciosius: quod a romanis uictus est. Impulere regem in id bellum illinc Thoas etholice princeps: i honoratam apud romanos quarens aduersus macedonas militiae suae societatem: hinc Hannibal qui in Africa uictus profugus: & pacis impatiens hostem populo romano toto orbe quarebat: & quod illud fuisset periculum: si se consiliis eius rex tradidisset: si asia uiribus uisus fuisset miser Hannibal: Sed rex suis opibus & nomine regio fretus satis habuit bellum mouere Europa iam dubio periculum ad romanos pertinebat. Hic lysimachiam urbem in littore tracio positam a maioribus suis Antiochus ut hereditario iure repetebat. Hoc uelut sydere asiatici belli mota tempestas & maximus regum conuentus fortiter indixisse bellum cum ingenti strepitu ac tumultu mouisset ex asia Occupatis statim insulis graecisque littoribus otia & luxus tanquam uictor agitabat. Euboeam insulam continenti adherentem tenui freto reciprocantibus aequo Euripus abscidit. Hic ille positus aureis sericisque tentoriis sub ipso freti murmure cum iter fluuenta tibiis fidibusque concineret collatis undique quis per hyemem rosas: ne cum aliquo ducum genere agere uideret: uirginum pueroqueque delectus habebat. Talem ergo regem iam sua luxuria debellatum populus romanus Acilio glabrione consule in insula aggressus ipso statim aduentu sui initio coegit ab insula fugere. Tam precipitem apud thermopylas assecutus locum, cccc. laconum speciosa caede memorandum: ne ibi quidem fiducia loci resistentem mari ac terra cedere coegit. Statim & euestigio itur in syriam, classis regia Polixei di Hannibali que commissa. Nam rex proeliu nec spectare poterat. Igitur duce Emilio regillo a remigantibus rodiis tota lacerata. Ne sibi placeant Athenae in Antiocho uicinus Xerxes in Emilio Alcibiadem aequauimus epheliis Salamina pensauimus. Consule Scipione cui frater ille modo uictor carthaginis africanus uoluntaria legatione aderat: de bellari regem placet: & iam toto cesserat mari: sed nos imus ulterius meandrum ad anem: montemque sipylu castra ponunt: hic rex incredibile dictum: quibus auxiliis quibus copiis confederat. trecenta milia peditum: equum falcatorumque curruum non minor numerus: elephantis ad hoc imensa magnitudinis auro purpura argenteo & suo ebore fulgentibus aciem utriusque uallauerant: sed haec omnia praepedita magnitudine sua ad hoc imbre: qui subito superfusus mira foelicitate persicos arcus corruerat: primum trepidatio: mox fuga: de hinc triumphus fuerunt. Victo & supplici pacem atque partem regni dari placuit: eo libentiusque tam facile cessisset.

BELLVM ETHOLICVM.

QYriatico bello successit: ut debebat: etholicum. uicto quippe romanus Antiocho faces asiatici belli persequabatur. ergo Fuluius nobiliori mandata ultio est. Hic protinus caput getis ambraciam regiam pyrri machinis quatit secunda deditio. Aderant ethologum precibus attici: Rodii & memineras auxiliis: sic placuit ignoscere. serpit tamen latius in proximos bellum omnemque late Cephaloniam: zacynton: & quicquid insularum in eo mari inter ceraunios montes iugumque maleum etholici belli accessio fuerunt.

BELLVM HISTRICVM.

Histri sequuntur etholos: quippe bellantes eos nuper adiuuerant: & initia pugnae prospera hosti fuerunt: eademque exitii causa. Nam cum Cnei Manlii castra coepissent opimaeque incubarent: epulantes: ac ludibundos praeterosque aut ubi essent praepoculis nescientes: Appius pulcher iuadit: sic cum sanguine & spiritu male partem reuomere uictoriam. Ipse rex apulo aequo impositus: cum subinde crapula: & capitis errore lapsaret: captum sese uix & aegre postquam experrectus edidicit.

BELLVM GALLOGRAECVM.

Gallograeciam quoque syriatici belli ruina conuoluit: fuerant inter auxilia regis Antiochianae fuisset cupidus triumphus: Manlius: an eos uisos simulauerit dubium certe: negatus est uictori triumphus: quia causam belli non approbavit senatus. Caeterum gens gallograecorum sicut ipsum nomen inditio est: mixta & adulterata est: reliquiae galiorum quibus etiam Breno duce ualauerant graeciam: mox orientem secuti in media asiae parte etiam sedere. Itaque ut frugum semina mutato solo degenerant: sic illa genuina

feritas eorum asiatica amoenitate molita est. Duobus itaque plius fusi fugatique sunt: quibus sub adventu hostis relictis sedibus: in altissimos se montes recepissent, solostogorum tecto sagiam insederant. utriusque fundis sagittisque acti imperpetuam se pacem dederunt. Sed alligati miraculo quodam fuere cum cathenas moribus & ore tentassent: cum offocandas inuicem fauces prebuissent. Nam orgiagontis regis uxor a centurione stuprum passa: memorabili exemplo custodiam euasit. Reuulsusque militis caput ad maritum suum retulit.

BELLVM MACEDONICVM SECVDVM.

QUVM alia aliaque gentes syriaci belli sequuntur ruinam: macedonia se rursus erexit. fortissimum populum memoria & recordatio suae nobilitatis agitabat: & successerat philippo filius Perses: qui semel in perpetuum uictam esse macedoniam non putabat ex gentis dignitate. multo uehementius sub hoc macedones quam sub patre consurgunt quippe thraces in uires suas traxerant. Atque ita industria macedonum: uiribus thracum: disciplina macedonicam temptauere. Accessit his consilium ducis: qui situm regionum suarum summo speculatus homo: positus per abrupta castris: ita macedoniam suam armis: ferroque uallauerat: ut non reliquisset aditum: nisi a caelo uenturis hostibus uideretur. Nam Marcio philippo consule: eam prouinciam ingressus populus romanus exploratis diligenter accessibus per astrudem paludem: per acerbos dubiosque tumulos: illa quae uolucris quoque uidebatur inuia accessit: regemque securae & nihil tale metuentem subita belli eruptione terruit. cuius tanta trepidatio fuit: ut pecuniam omnem in mare iusserit mergi ne periret: classem cremari: ne incenderetur. Paulo consule cum maiora & crebra essent imposita praesidia: per alias uias macedonia depressa est: Summa quidem arte & industria ducis: cum alias minatus: alias irrepisset. Cuius aduentus ipse eo terribilis regi fuit: ut interesse non auderet: sed gerenda ducibus bella mandauerit. Absens ergo uictus fugit in maria: insulamque samothracem: fretus celebri regione: quasi tela & arae possent defendere: quem nec montes sui nec arma potuissent. Nemo regum diutius ammissae fortunae conscientiam retinuit. supplex cum scriberet ad imperatorem: ab illo quo confugerat templo: nomenque epistolae notaret suum: regem addidit. Sed nec reuerentior captae maiestatis alius paulo fuit: cum in conspectu uenisset hostis in templum recepit: & in conuiuio adhibuit: liberosque admonuit suos: ut fortunam cui tantum liceret reuererent. Inter pulcherrimos hunc quoque populus romanus de macedonia duxit atque uidit triumphum: quippe cuius spectaculo triduum impleuerit. Prima dies signa tabulasque. Sequens arma pecunias transuexit. Tertius captiuos ipsumque regem attonitum adhuc tanquam subito malo stupentem. Sed multo prius gaudium uictoriae populus romanus quam epistolis uictoris perceperat. Quippe eodem die quo uictus est perses in macedonia: romana cognitum est. Duo iuuenes candidis equis apud iurnae lacum puluerem & cruorem abluiebant. Hii nunciauere. Castorem & pollucem fuisse creditum uulgo quod gemini fuissent: interfuisse bello: quod sanguine maderent: a macedonia uenire: quod adhuc anhelarent.

BELLVM ILLYRICVM.

Macedonici belli contagio traxit illyricos. ipsi quidem ut romanum a tergo distringerent: a perse rege conducti pecunia militauere: sine mora ab Antio praetore subiguntur. Loscordam caput gentis deesse suffecit. Statim secuta deditio est denique hoc bellum ante finitum est quam geri Romae nunciaret.

BELLVM MACEDONICVM TERTIVM.

QUODAM fato: quasi ita conuenisset inter poenos & macedonas: ut tertio quoque uicerentur. Eodem tempore utriusque arma mouere. Sed prior iugum excutit macedonia: aliquanto quam ante grauior: dum contemnitur. Causa belli prope erubescenda: quippe regnum pariter & bellum uir ultime sortis Andriscus inuaserat: dubium liber an seruus: mercenarius certe: sed quia uulgo philippus ex similitudine pseudo philippus uocabatur: regiam formam: regium nomen: animo quoque regio impleuit.

Igitur dum hæc ipsa contēnit populus romanus Iuuentio p̄tore contentus: uix non macedo-
nicis modo sed thraciæ quoq; auxiliis ingentibus ualidum temere tentauit. Inuictus quoque
non a ueris regibus: sed ab illo imaginario & scenico rege superatus. Sed cōsule Metello: amif-
sum cum legione p̄torem plenissime ultus est. Nam & macedōiam seruitute multauit: & du-
cem belli deditum ab eo: ad quem confugerat thraciæ Regulo: in urbem in cathenis reduxit.
Hoc quoq; illi in malis suis indulgente fortuna: ut de eo populus romanus quasi de rege uero
triumphauit.

BELLVM PVNICVM TERTIVM.

Tertium cum africa bellum & tempore exiguū fuit. nam quadriēnio patratū est: &
in comparatione priore: minimum labore: nō enim tam cum uiris: q̄ cum ipsa ur-
be pugnatum est. sed plane maximo euentu: quippe tandem Carthago finita est. At
que si quis trium tempore momēta consideret: primo commissum est bellum: pro-
fligatum secūdo: tertio uero confectum est. Sed huius causa belli: q̄ cōtra fœderis legē aduer-
sus numidas quidem semel parasset classem & exercitum. frequens autē Masinisse fines territa-
bat. sed huic bono socioq; regi fauebat: cum bellum sederet: de belli fine tractatum est. Cato
inexpiabili odio delendam esse Carthaginem: & cū de alio consuleretur: pronuntiabat Scipio
nassica seruandam: ne metu ablato emulæ urbis: luxuriari fœlicitas urbis inciperet. Medium
senatus elegit: ut urbs tantum loco moueretur: nihil enim speciosius uidebat: q̄ esse Carthagi-
nem: quæ non timeretur. Igitur Manilio Censorinoq; consulibus populus romanus aggressus
Carthaginem spe pacis iniecta: traditam a uolentibus classem sub ipso ore urbis incendit. Tū
euocatis principibus: si salui esse uellent ut migrarent sinibus impatum. quod pro rei atroci-
tate adeo mouit iras: ut extrema mallent. Comploratum igitur publicæ statim & pari uoce cla-
matum est ad arma: sed itq; sententia quoquo modo rebellandum: non quia spes ulla iam supe-
resset: sed quia patriam suam mallent hostium q̄ suis manibus eueri. Qui rebellantium: fue-
rit furor: uel hinc intelligi potest: q̄ in usum noue classis recta domusq; resciderūt: & in armo-
rū officinis auræ & argentū pro ære ferroq; conflatū est. In tormentoq; uincola matronæ cri-
nes suos contulerūt. Mancino deinde consule terra mariq; seruebat obsidio: operis portus nu-
datus: & primus & sequens iam murus: cū tantū Byrsa: quod nomen arci fuit: quasi altera ciui-
tas resistebat. Quamuis profligato urbis excidio: tamen fatale Aphricæ nomen Scipionū uide-
batur. Igitur in alium Scipionem conuersa respublica finem belli reposcebat. Hūc Paulo ma-
cedonico procreatū: Africani illius magni filius in decus gentis assumpserat. Hoc scilicet fato:
ut quā urbem cōcusserrat auus nepos euerteret. Sed quam maxime mortiferi esse morsus solēt
morientium bestiæ: sic plus negotii fuit cum semiruta ciuitate Carthagine: quam integra.
Compulsis in unam arcem hostibus: portum quoq; maris romanus obsederat. Illi alterum ibi
portum ab alia urbis parte foderunt: nec ut fugerent: sed quia nemo illos nec euadere posse
credebat. Inde quasi enata subito classis: erupit. tum interī iam diebus iam noctibus noua aliq̄
moles: noua machina: noua p̄ditōz hominum manus: quasi ex obruto incendio subita de ci-
neribus flamma p̄dibat. Deploratis nouissime rebus. xl. se milia uiroz dederunt. Quod mi-
nus credas duce Hasdrubale. q̄to fortius fœmina & uxor ducis quæ compræhensis duobus li-
beris a culmine se domus in medium misit incendium imitata reginam quæ carthaginem cō-
didit. q̄ta urbs deleta sit: ut de cæteris taceam: uel ignium mora probari potest. quippe per con-
tinuos decem & septem dies uix potuit incendium extinguī: quod domibus ac tēplis suis spō-
te hostes immiserant: ut quatenus urbs eripi romanis nō poterat triūphis arderet.

BELLVM ACHAICVM.

Quasi sæculum illud euerfionibus urbiū curreret: ita carthaginis ruinam statim Co-
rinthos excepit: achaicæ caput: græciæ decus: inter duo maria Ionium & Aegeum
quasi spectaculo exposita hæc: facinus indignum ante oppressa est q̄ in numero cer-
torum hostium referretur. Critholus causa belli: q̄ libertate a romanis data: aduer-
sus ipsos usus ē. Legatos romāos dubiū an & manu: certe oratōe uiolauit. Igit̄ Metello ordinā-
ti: cui tū maxie macedōiæ mādata ē ultō & huic achaicū bellū: ad primā Critholai manū me-
tellus cōsul p̄ patentis helide cāpos toto cecidit alpheoz: & uno plio pactū erat bellū: & urbē

ipsam terrebat obsidio. Sed fata rege: cum Metellus dimicasset ad uictoriam: Mumius uenit. Hic alterius ducis dignitate exercitum sub ipsis Isthmi faucibus fudit: gemisq; portus sanguine infecit: tamen ab incolis deserta ciuitas direpta primū, deinde tuba p̄cinete deleta ē. Quid signorum: quid uestium: quidue tabulage raptum: incensum: atq; pietum est? Quantas opes & abstulerit & cremauerit hinc scias: q̄ quicquid corinthii æris toto orbe laudat: incendio su peruisse comperimus. Nam & æris notam p̄ciosiorem ipsa opulentissimæ urbis fecit iniuria: q̄a incendio p̄stis plurimis statuis atq; simulacris: æris: auri: argentiq; uenæ in cōe fluxere.

RES IN HISPANIA GESTAE.

UT carthaginem corinthos: ita corynthum Numantia secuta est: nec deinde toto orbe quāq; tantū in aris fuit. Post illa duo clarissima urbiū incendia lata atq; passim: nec per uices: sed simul pariter: quasi unum ūdiq; bellum fuit: p̄fus utile: quasi agitantibus uentis diffudisse quædam belli incendia toto orbe uideret. Hispaniæ nūq̄ animus fuit aduersus nos uniuersæ consurgere: nūq̄ conferre uires suas libuit: neq; aut imperare: aut libertatem tueri suam publicæ. alioquin ita undiq; mari pyreneoq; nullata ē: ut ingenio sytus nec adiri q̄dem potuerit. Sed antea a romanis oblecta est: q̄ se ipsa cognosceret: & sola oīum prouinciæ uires suas: postq̄ uicta est intellexit. In hac prope ducetos per annos dimicatum est a primis scipionibus in primum Cæsarem Augustum. Non continue nec coherēter sed prout lacefferāt. Nec cum hispanis initio: sed cum penis in hispania. Inde contagio & series causaq; belloꝝ: prima per pyreneum iugum signa romana Publius & Cne. Scipiones intulerunt: præliisq; ingentibus Hannonem & Haldrubalem fratrem Hānibalis ceciderunt. raptaq; erat impetu hispania: nisi fortissimi uiri in ipsa sua uictoria oppressi punica fraude cecidissent: terra mariq; uictores. Igitur quasi nouam integrāq; prouinciam ultor patris & patris Scipio ille mox africanus inuasit. Isq; statim capta carthagine & aliis urbibus non contentus p̄enos expulisse stipendiariam nobis prouinciam fecit. Omnē citra ultraq; hiberæ subiecit imperio. primus romanorū ducum uictor ad gades & oceani oram peruenit. plus etiam prouinciam retinere: q̄ facere. Itaq; per partes iam huc iam illuc missi duces: q̄ ferocissimas: & ad id temporis liberas gentes ideo impatientes iugi: multo labore nec ī cruētis certaminibus seruire docuerūt.

Dato ille Censorius Celtiberos idest robur hispaniæ aliquot proeliis fregit. Grachus pater ille Gracchorū eosdem. c. & l. urbium euerfione multauit. Metellus ille qui ex macedonia cognomen meruerat: & celtibericus fieri: cum & cōtrebiam memorabili cepisset exemplo: & uersobrigis maiori gloria pepercit. Lucullus turdullos: atq; uaccos: de quibus Scipio ille postero singulari certamiē cum a rege fuisset prouocatus opima retulerat. Decius Brutus aliquādo latius celticos lusitanosq; omnis galatiæ populos: formidatumq; militibus flumen obliuionis: peragratq; uictor oceani littore: non prius signa cōuertit: q̄ cadentem ī maria solē obrutumq; aquis ignem non sine quodam sacrilegii metu: & horrore deprehendit. Sed tota certaminum moles cum lusitanis fuit: & nūmantinis: nec in merito: quippe solis gentium duces contigerunt: fuisset & cum omnibus celtiberis nisi dux illius motus initio belli oppressus esset. Sed sūmus uir astutus & audaciæ si recessisset Salondicus: q̄ hastam argenteam quotiēs uelut cælo missam uaticinanti similis omnium in se mentes conuerterat. Sed cū pari temeritate sub nocte castra consulis adisset: iuxta territorii ipsum pilo uigilis exceptus est. Cæteꝝ lusitanos Viriatus erexit: uir caliditatis accerrimæ qui ex uenatore. latro: ex latrone subito dux: atq; imperator & si fortuna cessisset hispaniæ: Romulus non contentus libertatem suorum defendere per. xiiii. annos omnia citra ultraq; hiberæ & tagum igni ferroq; populatus castra etiam p̄teriorum & presidium aggressus: Claudium unimanum p̄one ad internitionem exercitus cecidisset. Insignia trabeis & fascibus nostris: quæ cæperant: in montibus suis trophea fixisset. Tandem etiam Fabius maximus consul oppresserat: sed a successore Pompilio uiolata uictoria est: quippe qui conficiendæ rei cupidus: fractum ducem: & extrema deditiois agitantem: per fraudem & insidias: & domesticos p̄cussos: aggressus hanc hosti gloriam dedit: ut uideretur aliter uinci non potuisse.

BELLYM NYMANTINVM.

Quamantia quantum Carthaginis:capuz:corinthi:opibus inferior:ita uirtutis noie & honore par omnibus:summūq; si uiros æstimes hispaniæ decus:qupe q̄ sine muro:sine turribus:modice ædito in tumulto apud situata quattuor milibus:celtiberorū .xxxx.exercituū p annos.xiiii.sola sustinuit.Nec sustinuit modo: sed sæuius aliquanto ptulit:pu dendis foederibus affecit.Nouissime cum iniuncta esse cōstaret:opus quo que eo fuit;q̄ carthaginē euerterat.Non temere:si fateri licet nullius causa belli iniustior:segi denses socios & confanguineos:romanorū manibus elapsos exceperant:habita pro eis depcario nihil ualuit:cum se ab omni belloꝝ contagione remouerent:in legitimi foederis ꝑcium iussi arma deponere.hoc sic a barbaris:acceptum quasi manus abscideretur. Itaq; statim Me gara uicto fortissimo duce:arma conuersi.Pompeium ꝑlio aggressi:foedus tamen maluerunt cum debellare potuissent:hostiliū deinde Mancinū:hunc quoq; assiduis cædibus ita subegerunt:ut ne oculos qdem aut uocem numantini uiri qsq; sustineret:tamen cū hoc quoq; foedus maluere contenti armorū manubiis:cū ad internitionē seruire potuissent.Sed non minus numantini q̄ caudini illius foederis flagrans ignominia:ac pudore populus romanus.Dedecus qdē ꝑfeti flagitii:deditioe Mācini expiauit.Cæterorū duce scipiōe carthaginis icēdiis ad excidia urbiū ibuto: tādē etiā i ultionē excāduit:sed tūc acrius in castris i cāpo nō cum milite :q̄ cū numantino ꝑliandū fuit:quippe assiduis & iniustis & seruilibus maxime operibus attriti:ferre plenius uallum:q̄ arma nescirent:luto inquinari:qui sanguine nolent iubebant ad hoc scorta:& calones sarcinæ nisi ad usum necessariae amputantur:tanti esse exercitum:q̄ tri imperato rem:uere proditum est.Sic redactō in disciplinam milite commissa acies:quodq; nemo uisuge se unq̄ sperauerat:factum est:ut fugientes numantinos quisq; uideret.Dedere etiam sese uolebant:si toleranda uiris imperarentur.Sed cum Scipio ueram uellet & sine exceptioe uictoria: eo necessario compulsi:primum ut destinata morte in ꝑliam ruerent cum sese prius æ:ulis q̄ si inferiis impleuissent:carnis semicrudæ & cæliæ:sic uocant indigenæ ex frumento potione: Intellectū ab imperatore consiliū:itaq; non est permissa pugna morituris.Cū fossa atq; loricarū quattuor castris circūdatos famæ præmeret ab duce orantes proelium.ut tanq̄ uiros occideret:sed ubi non impetrabant:placuit eruptio: sic conferta manu plurimi occisi:& cum urgeret fames aliquantisper inde uiuere.Nouissime consiliū fugæ sedit:sed hoc quoq; ruptis equorū cingulis uxores ademere sūmo scelere per amorem.Itaq; etiam exitu deplorato in ultimam rabiem furoremq; conuersi:postremo mori hoc genere destinarūt.Duces suos:seque patriaq; ferro:& ueneno:subiectoq; undiq; igne peremerūt.Mactæ esse fortissimā & meo iudicio beatissimam in ipsis malis ciuitatem asseruit cum fide socios:populum orbis terrarū uiribus fultum:sua manu:æ tate tam longa sustinuit.Nouissimæ maximo duce oppressa ciuitas:nullum de se gaudium hosti reliquit.Vnus enim uir numantinus non fuit:q̄ in cathenis duceret:præda ut de pauperibus nulla:arma cremauerunt:triumphus fuit tantū de nomine.

Hactenus populus romanus pulcher:egregius:pious:sanctus:atq; magnificus.reliqua sæculi ut grandia æque:ita uel magis turbida:& fœda crescentibus cum ipsa magnitudine imperii uitis:adeo ut siq; hanc tertiam eius ætatem transmarinam quā ducentorū annorū fecimus diuidat:centum hos priores:quibus africanam:macædoniam:siciliam:hispaniā domuit:aureos sicut poetæ canūt:iure meritoq; fateatur. Centum sequentes ferreos plane & cruentos:& si qd immanius. Quippe qui iugurtinis:cymbrici:mitrydaticis:parthicis bellis:gallicis atq; germanicis:quibus cælum ipsum gloria ascendit.Gracchanas:drusianafq; cædes:ad hæc seruilia bella miscuerunt:& ne quid turpitudini desit:gladiatoriā deniq; in se conuersis marianis:atq; syllanis:nouissimæ Pompei & Cæsaris manibus quasi per rabiem & furorem & nephas semetipse lacerauit:quæ si inuoluta inter se sunt omnia atq; confusata:mé quo melius appareat siml & ne scælera uirtutibus obstrepāt:separatim ꝑferentur:priusq; cæpinus iusta illa memorabimus:ut & pia cum exteris gentibus bella magnitudo crescentis indies imperii appareat:tum ad illa ciuium scelera:turpesq; & impias pugnas.reuertemur.

BELLVM ASIATICVM.

Dicta ad occasum hispania:populus romanus ad orientem pacem agebat:nec pacem modo:sed iusitata & i cognita quadam foelicitate relictae regis hæreditatibus opes & tota in simul regna ueniebant.

Atralus rex pergamenorū regis eumenis filius socii quondam commilitonisq; nostri testamentum reliquit: populus romanus bonorū meorū hæres esto in bonis re-
gis hæc fuerunt. adita igit̃ hæreditate puinciam populus romanus non qdem bello:
nec armis: sed q̃ est æquius testamenti iure retinebat: sed hanc difficile dictu est
utrum facilius amiserit populus romanus: an recuperauerit. Aristonicus regii sanguinis fe-
rox iuuenis urbes regibus parere consuetas: partim facile sollicitat: paucas resistentes: Midon:
Samon: Colophon ui recepit. Crassi quoq; prætoris cædit exercitum: ipsum quoq; cœpit. Sed
ille memor & familiaris: & romani nominis custodem sui barbæ uirgula execat: in exitiū sui
quod uolebat: ita concitat. Mox a perpēna domitus: & captus: & per deditiōem in uinculis
habitus. Aglius asyatici belli reliqas confecit mixtis (nephās) ueneno fontibus ad deditiōem
quarūdam urbium: quæ res ut maturam: ita infamē fecit uictoriā. q̃ppe cum contra fas deū
moresq; maiorū medicaminibus impuris in id tēpus sacrosancta romana arma uiolasset.

L. Flori Epithomatis Liber Tertius Incipit.

Hec ad orientem: sed nō ad meridionalem plagam eadem quies. Quis spera-
ret post Carthaginem: aliquod in africa bellum. Atqui nō leuiter se numi-
dia concussit: & fuit in Iugurta quod post Hannibalem timeret. quippe rex
callidissimus: populum romanum armis inclytum & inuictum opibus ag-
gressus est: & citra spem oīum fortuna cessit: ut rex fraudæ præcipuus: frau-
dæ caperetur. Hic auo Masinissa & Micypsa patre per adoptionem: cum in-
terficere fratres statuisset agtatus regni cupiditate: nec illos magisq; senatum populum roma-
num: quorū in fide & clientela regnum erat: metueret: primum scelus mandat insidijs potitus
que Hiépsalis capite: cum se in Adherbalem conuertisset: & romā pfugisset: missa per lega-
tos pecunia traxit in sententiam suam senatum: & hæc fuit de nobis eius prima uictoria. Mis-
sos deinde q̃ regnum inter illum Adherbalemq; diuiderent: similiter aggressus: cum in scau-
ro ipsos romani imperii mores expugnasset: inchoatum nephās pfecit audacius: sed diu nō la-
tent scelera. corruptæ nephās legationis erupit: placuitq; bello perseq; paricidam. primus ī nu-
midam Calpurnius bestia consul immittit. Sed rex p̃monitus fortius aduersus romanos auge-
esse: q̃ serg; pacem emit. Cuius flagitii reus cum interueniēte publica fide a senatu accersiret:
pari audacia & uenit: & comperitorem imperii Masinissæ: Masinissam immisso percussore cō-
fecit. Hæc altera contra regem fuit causa bellandi. Igitur sequens ultio mandatur Albino. Sed
huius quoq; (proh dedecus) ita corripit exercitum: ut uolūtaria nostrorū fuga uinceret numi-
da: castrisq; potiret: addito etiam turpi foedere. in precium salutis: quem quod prius emerat: di-
misit exercitum. Eodem tempore in ultionem non tam imperii romani: q̃ pudoris Metellus af-
surgit: q̃ callidissime hostem nunc precibus: nunc minis: iam quasi simulata uera fuga eluden-
tem artibus suis aggressus est. Agrorū atq; uicorū populatione contentus in ipsa numidiæ capi-
ta impetum fecit: & zamam qdem frustra diu uoluit. Cæterū thalam grauem armis: thesaurorū
que regis diripuit. Tūc urbibus exutum regem etiam finium suorū regniq; fugitiuū per mau-
ros: atq; getuliam sequebat. Postremo marius auctus admodū copiis cum pro obscuritate ge-
neris sui capite census sacramento adegisset: iam fufum & sautum regem adortus: non facili-
us tamen uicit q̃ si integrum & recentem. Hic & urbem Herculi conditam capsam ī media a-
frica sitam: anguib; harenisq; uallatam mira quadam felicitate superauit: & saxeo iditā mōti
mulutam urbem per ligurem aditu arduo innaccessorūq; penetrauit. Mox non ipm modo: sed
Bocchum mauritaniæ regem iure sanguinis numidiam uindicantem: apud opidum Cirtham
grauiter cecidit. Qui ubi diffusus rebus suis alienæ cladis accessio fieri timeret: p̃ciū foederis at-
que amicitia regem facit. Sic fraudulentissimus regum fraude soceri sui in insidias deductus
est & Syllæ in manum traditus tandemq; opertum cathenis Iugurtam in triūpho populus ro-
manus aspexit: sed ille quoq; quīs uictus & uictus uidit urbem: quam uenalem: & quādoq; pi-
turam: si habuisset emptorem: frustra cecinerat: tamē ut uenalis fuisset: habuit emptorem: &
cū ille non euaserit: certū erit eam nō esse perituram.

BELLVM ALLOBROGICVM.

Hic ad meridiē populus romanus: multo atrocius & multipliciter: & magis a septemtrione seuientem nihil hac plaga infestius: atrox cœlum peruicaci ingenio. Omni igitur tractu uiolentus hostis a dextris: atq; læuis: et medio septemtrionis erupit prima transalpes arma nostra sensere Salycum de incursionibus eorum fidissima atq; amicissima ciuitas Masilia quereret. Allobroges deinde: et Auerni: cū aduersus eos similis eorum querelæ opem & auxilium nostrum flagitarent: uariusque uictoriæ testis ysara & uindelicus amnis: & impiger fluminum rhodanus: maximus barbaris terror elephanti fuere immitati gentium pares. Nihil tam conspicuum in triumpho q̄ rex ipse bis uisus discoloribus in armis: argenteoq; carpento: qualis pungnauerat utriusq; uictoriæ: q̄ quātumq; gaudium fuerat: uel hinc extimari potest q̄ & Domitius Enobarbus & Fabius maximus iplis quibus dimicauerant lotis saxeas erexere turres & desuper exornata armis hostilibus trophea fixere. Cum hic mos inusitatus fuerit nostris. Nunq̄ enim populus romanus hostibus domitis uictoriam suam exprobrauit.

BELLVM CYMBRICVM THEVTHONICVM AC TIGVRINVM.

Hymbri: theutoni: atq; tigurini ab extremis galia profugii: cum terras eorum inundasset oceanus: nouas sedes toto orbe q̄rebant: exclusiq; & gallia: & hispania: cum in Italiam: remigrarent: miserunt legatos in castra Syllani: inde ad senatum petetes ut martius populus aliquid sibi terræ daret: quasi stipedium: cæterum ut uellet manibus atq; armis suis uteretur. Sed quas daret terras populus romanus agrariis legibus intra se dimicaturus? Repulsi igitur quod nequiuerant precibus: armis petere cōstituunt. Sed nec primum impetum barbarorum Syllanus: nec secundum Manilius nec tertium Cæpio sustinere potuerunt: Omnes fugati: exuti castris: actum erat nisi Marius illo sæculo contingisset. Ille quoq; non ausus congregi statim militem tenuit: in castris: donec inuicta illa rabies & impetus quē pro uirtute barbari habent: consenesceret: recessere igitur increpantes: & tanta erat capiendæ urbis fiducia: consulentes si quid ad uxores suas mandarent. Nec segnius: q̄ minati fuerant: tripartito agmine per alpes idest claustra Italiae ferebantur Marius mira statim uelocitate occupatis compendiis præuenit hostem: Prioresq; theutōas sub ipsis alpium radicibus affecutus in locum quem aquas sexias uocant: qua fide numinū proelio oppressit. Vallē fluuiūq; hostes tenebant: nostris aquarū nulla copia: consulto ne id egerit. Imperator an errorem in consilium uerterit dubium: Certe necessitate acta uirtus causa uictoriæ fuit. Nam flagitante aquam exercitu. uiri inquit estis: en illic habetis. Itaq; tanto ardore pugnatū est: eaq; cædes hostium fuit: ut uictor romanus de cruento flumine non plus aquæ biberit: q̄ sanguinis. Barbarorū certe rex ipse Teutobochus quaternos senosq; æquos transilire solitus. uix unū: cum fugeret ascendit: pximoq; in saltu comprehensus: insignæ spectaculum fuit. quippe uir p̄ceritatis eximia sup trophea ipsa eminebat. Sublatis funditus teuthonis: in cymbros conuertitur. Hic iam quis crederet per hyemē: quæ altius alpes leuat: tridentini iugis in italiam puoluti ruina descenderat: athesim flumen non ponte: nec nauibus: sed quodam stoliditate barbarica: primū corporibus aggressi postq̄ retinere amnē manibus & clypeis frustra tentauerant: ingresta obrutum silua transiluire: & si statim in festo agmine urbem petissent: grande discrimen esset. Sed in uenetia quo fere tractu italia mollissima est: ipsa soli cæliq; clementia robur elanguit. ad hoc panis usu carnis coctæ: & dulcedine uini mitigatos Marius in tempore aggressus est: iam diem pugnae a Mario imperatore petierunt: & sic pximum dedit: In patentissimo: quem caudium uocant campo procurrere: milia deinde & lx. ceciderunt: hinc minus tertio: per omnem diem conciditur barbaris. Isti quoq; imperator addiderat uirtuti dolum secutus Hānibalem: artemq; cannarū. Primū nebulosum nactus diem: ut hosti inopinatus occurreret tum uentosum quoq; ut puluis in oculos & ora ferretur. Tum acie conuersa in orientem: ut quod ex captiuis mox cognitum est: ex splendore galearū: ac repercussu: quasi ardere cœlum uideretur. Nec minor cū uxoribus eorū pugna: q̄ cum ipsis fuit. cum obiectis undiq; palustris: atq; carpentis: alte desuper q̄ si e turribus lanceis contisq; pugnarent: perinde plus speciosa mors earum fuit q̄ pugna. Nam cum missa ad marium legatio: e libertatem ac sacerdotium non impetrassent: nec fas erat suffocatis elisisq; passim infantibus suis aut mutuis concidere uulneribus aut uinculo e crinibus suis factis: ab arboribus iugisq; plaustrorū pependerunt. Beleus rex in acie dimicans impigre:

nec inultus occubuit. Tertia tigurinoꝝ manus: quæ quasi in subsidio noricos infederat alpiũ
tumulos: in diuersa lapsi fuga ignobili: & latrocinii euanuit. Hunc tam lætum tanq̃ foelicem
libertatis Italiae: assertiq; imperii nuncium: non per homines: ut solebat: populus accepit: sed p̃
ip̃os (si credere fas est) deos. Quippe eodem die quo gesta res est: nisi pro æde Castoris & pollu
cis iuuenes laureati prætori litteras dare: frequensq; in spectaculo rumor uictoriae cymbricæ:
foeliciter dixit. Quo quid admirabilius: quicquid insignius fieri potest? Quippe uellet ut ela
ta montibus suis roma: spectaculo belli interesset: q; in gladiatorio munere fieri solet: uno eo
demq; momento cum in acie cymbri occumberent: populus in urbe plaudebat.

BELLVM THRACIVM.

Quod macedonas (sic diis placet) thraces rebellabant ipsi quondam tributarii mace
donum: nec in proximas modo prouincias contenti incurere: thessaliam atq; dal
maciam in adriacum mare usq; uenerunt. eoq; sine contenti quasi iterueniente na
tura: contorta in ipsas aquas tela miserunt. Nihil interim per id omne tempus resi
duum crudelitatis fuit. In captiuos sæuientibus: litare diis sanguine humano: bibere in ossi
bus capitum: & huiuscemodi ludibrio scdare mortem tam igni q̃ fumo. Partus quoq; graui
darum extorquere: tormentis sæuissimi omnium thracum scodrici fuere. Sed calliditas quo
que ad robur accesserat: siluarum & montium situs cum ingenio consentiebant. Itaq; non su
sus modo ab his aut fugatus: sed simili prodigio omnino totus interceptus exercitus: quem du
xerat Cato. Didius uagos & libera populatione diffusos intra suam reppulit thraciam. Dru
sus ulterius egit: & uetuit transire dannubium. Minutius toto uastauit hebro: multis quidem
amissis: dum per perfidum galaciæ flumen equitatur. Piso rhodopem caucasumq; penetravit.
Curio daciæ tenus uenit: sed tenebras saltuum expauit. Appius in sarmatas usq; peruenit. Lucul
lus ad terminum gentium tanain: lacuq; meotin. Nec aliter cruentissimi hostium q̃ suis mori
bus domiti quippe in captiuos igne ferroq; sæuitum est. Sed nihil barbaris atrocius uisum est:
q̃ q; abscissis manibus relictis: uiuere superstitēs: poenæ suæ uidebant.

BELLVM MITRIDATICVM.

Monticæ gentes ad septentrionem in mare sinistrum iacent a pontico cognomina
tæ mari. Harum gentium atq; regionum: rex antiquissimus Ateas: post Artabazes:
a septem persis oriundus: inde Mitrydates omnium longe maximus: quippe cum
quattuor pyrro. xvii. anni Hannibali suffecerint. ille per. xl. años restitit: donec tri
bus ingentibus bellis subactus: foelicitate Syllæ: uirtute Luculli: magnitudine Pompei consu
meretur. Causam quidem illius belli prætenderat apud Cassium legatum atrectari terminos
suos a Nicomede bitynio. Cæteræ elatus animus ingentibus asiæ totius & si posset europæ cu
piditate flagrabat. spem ac fiduciam dabant nostra uitia: quippe cum ciuilibus bellis dissiuge
remur: inuitabat occasio. Nudūq; imperii latus ostendebant procul Marius: Sylla: Sertorius.
Inter hæc reipublicæ uulnera: & hos tumultus: repente quasi captato tempore: in lassos simul
atq; districtos subitus turbo pontici belli ab ultima ueluti specula septentrionis erupit. Primus
statim impetus belli bithyniam rapuit. Asia inde pari terrore correpta est. Nec cunctanter ad
regem ab urbibus nostris populisq; descitum est. Aderat: instabat: sæuitia quasi uirtute uteba
tur. Nam quid atrocius uno eius edicto: cum omnes: qui in asia forent romanæ ciuitatis ho
mines interfici iussit. Tum quidem domus templa & aræ humana omnia atq; diuina iura uio
lata sunt. Sed hic terror asiæ europam quoq; regi aperiebat. Itaq; missis archelao Neophole
moq; præfectis: excepta Rhodo: quæ pro nobis firmius stetit. Cæteræ Cyclades: Delos: eubo
ea: & ipsum græciæ decus Athenæ tenebantur. Italiam iam ipsamq; urbem romam regius ter
ror afflabat. Ita Lutius Sylla festinat uir armis optimus: pariq; uolentia ruentem ulterius ho
stem manu quadam quasi ipsius reppulit. Primūq; Athenas urbem quis crederet frugum pa
rentem: obsidione ac fame ad humanos cibos compulit. sic illos quoq; ante: mox subruto py
rei portu sex quoq; & amplius muris postq̃ domuerat in gratissimos hominum ut ipse dixit:
in honorem tamen mortuorū sacris suis fameq; donauit. mox cum euboea: atq; boetia præsi

Asia regis dispulisset: omnis copias: uno apud cheromam: apud orchomenon altero bello diffi-
 paut. Statimq; in asiam transgressus ipsum opprimit: & debellatū etiam foret: nisi de Mithry-
 date triumphare cito q̄ uere maluisset. Ac tum quidem hunc asiae statum Sylla dederat ictum
 cum ponticis foedus: recepit. Bythiniam a rege Nicomede: ab Ariobarzane cappadociam: ac
 sic ut erat asia rursus nostra: ut cœperat. Mithridates tantum repulsus: itaq; non fregit ea res
 ponticos sed incendit: quippe rex Asia & europa quodammodo inescatus: non iam quasi alie-
 nam: sed quia amiserat: quasi raptam belli iure repetebat. igitur ut extincta parum fideliter in-
 cendia: maiore flāma reuiuiscunt: ita ille de integro auctis maiorem in modum copiis: tota de
 niq; regni sui mole in Asiam rursus mari terra fluminibusq; ueniebat. Cizicum nobilis ciui-
 tas: arce moenibus: portu: turribusq; marmoreis asiaticæ plagæ litora illustrat. hanc ille quasi
 alteram romam totam inuaserat bello. Sed fiduciam oppidanis resistenti nuncius fecit docens
 aduentare Lucullum: qui horribile dictu: per medias hostium naues utre suspensus: & pedibus
 iter ad gubernans uidentibus procul quasi marina pistris euaserat: mox clade cōuersa: cum ex
 more obsidentem regem: & ex fame: pestilentia urgeret: recedentem Lucullus assequitur: adeo
 que cæcidit: ut granicus & esopus amnes cruenti redderentur. Rex callidus: romanæq; auari-
 tia: peritus: spargi a fugientibus sarcinas: & pecuniam iussit: qua sequentes moraretur. nec in-
 foelior in mari q̄ in terræ fuga: quippe cētum amplius nauium classē apparatusq; belli gra-
 uem: in pontico mari aggressa tempestas tam foeda strage lacerauit: ut naualis belli instar effi-
 ceret: plane quasi Lucullus quodam cum fluctibus procellisq; commercio debelandum tradi-
 disse regem uentis uideretur. Attrita iam omnes ualidissimi regni uires erant: sed animus ma-
 lis angebatur. Itaq; conuersus ad proximas gentes: totum pene orientem ac septentrionem rui-
 na sua inuoluit. Hiberi Caspii: albanis: & utraq; sollicitabantur armenia. Perq; omnia & decus
 & nomen & titulos Pompeio sua fortuna quærebat. Qui ubi nouis motibus ardere Asiam ut
 det: aliosq; ex aliis prodire reges: nihil cunctandum ratus: priusq; inter se gentium robora coi-
 rent: statim ponte nauibus factus: omnium ante se primus transit euphratem regemq; fugien-
 tem media noctis armoenia quanta foelicitas uiri uno proelio cōfecit: nocturna ea dimicatio
 fuit: & luna in partibus qppe quasi commilitans cū a tergo hostibus: a facie romanis se præ-
 buisset: pontici per errorem longius cadentes umbras suas: quasi hostium corpora petebant.
 Et Mithrydates quidem nocte illa debellatus est. Nihil enim postea ualuit: q̄q; omnia exper-
 tus more anguium: qui obruto capite postremum cauda minantur. Quippe cum effugisset
 hostem colchos: cicilia quoq; littora: & campaniam nostram subito aduentu terrere uoluit.
 Mox subruto pyrei portu colchis tenuis iungere bosporon. Inde per thraciam: macedoniam:
 & græciam transilire. Sic italiam nec opinatus inuadere tantum cogitauit. Nam per defectio-
 nem ciuium: pharnasisq; filii scelere præuentus male tentatum ueneno spiritum ferro expulit
 Cneus interim Magnus rebellis Asiae reliquias sequens per diuersa gentium terrasq; uolita-
 bat: nunc sub orientem secutus armenios captis in ipso capite gentis Artaxatis: supplicem ius-
 sit regnare Tigranem: At i septentrionem schyticum iter tanquā in mari stellis secutus chol-
 chos cæcidit: ignouit hyberia: pepercit albanis: regem colchorum. Orodem positus etiam sub
 ipso caucaso castris iussit in plana descendere: Arthocen: qui hiberis imperabat: & obsides libe-
 ros dare: Orodem etiam remuneratus est. Vltro ab albania sua lectulum aureum & alia dona
 mittentem: necnō & i meridiem uerso agmine: Libanum syria: damascūq; transgressus per ne-
 morā illa odorata: per thuris & balsami syluas romana signa circumtulit Arabes siquid impera-
 ret præsto fuere. Hierosolymam defendere tentauere iudei. Verum hæc quoq; & intrauit: &
 uidit illud grande impia gentis archanum patens aureo uti cælo Dissidentibus de regno fra-
 tribus: arbiter factus: regnare iussit Hircanum Aristobolo: quia renuebat eam rem: cathenas
 dedit. Sic Pompeio duce populus romanus totam qua latissima est: Asiam peruagatus: quam
 extremam imperii habebant prouinciam: mediam fecit. Exceptis quippe parthis: q; foedus ma-
 luerunt & Indis: qui adhuc nos non nouerant: omnis Asia inter rubrū & caspiū: & oceanum
 pompeianis domita: uel opp̄ssa signis tenebat.

BELLVM PYRATICVM.

Interim dum populus romanus per diuersa terrarum distractus est. Cilices inuase-
 rant maria: sublatiq; commertiis: rupto foedere generis humani: sic maria bello

quasi tempestate præcluserant. Audaciam perditis: furiosisque latronibus dabit iquieta Mithry-
 datis præliis Asia: dum sub alieni belli tumultu: exterique regis inuidia impune grassantur. Ac
 primū duce Isodoro contenti proximo mari: Cretam inter atque cyrenas: pyreum: & achaiam si-
 nūque maleum: quem a spoliis: aureū ipsi uocauerunt: latrocinabatur. Missusque in eos publius serui-
 lius: quis leues & fugaces & myoparonas: graui & martia classe turbaret: non incruenta uicto-
 ria superat. Sed nec mari submouisse contentus ualidissimas urbes eorum: & diutina præda
 abundantes: phalesim & olypon euertit: ysauronque ipsam arcem ciliciæ unde conscius sibi ma-
 gni laboris ysaurici cognomen adamauit. Non ideo tamen tot cladibus domiti: terra se conti-
 nere potuerunt: sed ut quædam animalia: quibus aquam terramque incolendi gemina natura est:
 sub ipso hostis recessu impatientes soli: in aquas suas resilerunt: & aliquanto latius quā prius:
 sic foelix ille & dignus uictoria Pompeius uisus est: & Mithridaticæ prouinciæ facta accessio.
 ille dispersam toto mari pestem semel & imperpetuum uolens extinguere diuino quodam ap-
 paratu aggressus est. Quippe cum classibus suis: & socialibus rhodiorum abundaret pluribus
 legatis: atque præfectis utraque ponti & oceani ora complexus est. Gelius tusco mari impositus.
 plotius siculo. Gratillius ligusticum sinum. Pompeius gallicum obsedit. Torquatus balearicū:
 Tiberius Nero gaditanum fretum: qua primum maris nostri limen aperitur. Lentulus lybicū.
 Marcellinus ægyptium. Pompei iuuenes adriaticū. Varro Terentius ægeum & ponticum &
 Pamphylum. Metellus asiaticū. Cæpio ipsas propontidis fauces. Portius Cato sic obditis na-
 uibus: quasi portum obseruauit: sic per omnis æquoris portus: sinus: latebras: recessus: promō-
 toria: freta peninsulas quicquid pyratæ fuit quadam indagine inclusum & opprimum est. Ipse
 Pompeius in originem fontemque belli ciliciam uersus est. Nec hostes detrectauere certamen:
 non ex fiducia: sed quia oppræssi erant ausi uidebantur: sed nihil tamē amplius: quā ut primum
 ictum concurrerent. Mox ubi circumfusa undique rostra uiderunt abiectis statim telis: remisque
 plausu undique pari quod supplicantibus signum fuit: uitam petiuerunt. Non alia tam incruen-
 ta uictoria usi nunquam sumus: sed nec fidelior in posterum reperta gens ulla est. Idque prospectū sin-
 gulari consilio ducis: qui maritimum genus a conspectu longe remouit: maris & mediteranis
 agris quasi obligauit. Eodemque tempore & usum maris nauibus recuperauit: & terræ homines
 suos reddidit. Quid prius in hac mirere uictoria uelocitatem: quæ quadragesimo die parta est.
 An foelicitatem: quæ ne una quidem nauis amissa est. An perpetuitatem: quæ amplius pyratæ non
 fuerunt.

CRETICVM BELLVM.

Creticum bellum: si uera uolumus noscere: nos fecimus: sola uiuendi nobilem in-
 sulam cupiditate: fauisse Mithrydati uidebatur: hoc placuit armis uindicare. Primus
 inuasit insulam Marcus antonius cum igenti quidem uictoriæ spe: atque fiducia: adeo
 ut pluris catenas in nauibus: quæ arma portaret. dedit itaque poenas uecordiæ: nam
 plerisque naues intercepte hostes: captiuamque corpora religata uelis: ac funibus pependere: ac sic
 uelificantes triumphantium in modum cretes portibus suis adremigauerunt. Metellus deinde totam
 insulam igni ferroque populatus intra castella: & urbes redegit: & gnoson: & eryream: & ut
 graeci dicere solent: urbiū matrem cydonam. Adeoque sæue in captiuos consulebatur: ut uene-
 no se plerique conficerent. Alii deditioem suam ad Pompeiū absentem mitterent: & cum ille
 res in asia gerens: eo quoque præfectum misisset Antonium in illa prouincia irritus fuit: eoque infe-
 stior Metellus in hostes ius uictoris exercuit: uictisque lasthenæ & panaræ cydonæ ducibus ui-
 ctor redit. nec quicquam amplius: tamen de tam famosa uictoria quæ cognomen creticū reportauit.

BELLVM BALEARICVM.

Quatenus Metelli macedonici domus bellicis nominibus assueuerat: altero ex libe-
 ris eius cretico facto: mora non fuit: quin alter quoque balearicus: uocaretur balea-
 res per idem tempus insulæ pyratice rabie corruerant: maria homines feras atque
 siluestres mireris ausos a scopulis suis saltem maria prospicere. Ascendere etiam in
 conditas rates: & prænauigantes subinde inopinato impetu terruere. Sed cum uenientem ab

59
alto romanā classē prospexissent: prædā putantes auri etiam occurrere: & primo impetu in
genti lapidum saxoq; nimbo classē operuere. Tribus quisq; fundis præliatur: certos esse
quis miretur ictus: cum hæc sola genti arma sint: id unū ab infantia studium. cibū puer a ma-
tre non accipit: nisi quem ipsa monstrante percussit. Sed non diu lapidatione romanos terrue-
re. postq; comminus uentum est: expertiq; rostra: & pila uenientia pecudum i morem: clamo-
re sublato petierunt fuga littora: dilapsiq; in proximos tumultus quærendi fuerunt ut uince-
rentur.

EXPEDITIO IN CYPRON.

Aderat fatum infulaz: igitur & Cypros recepta sine bello: isulam ueteribus diuitiis
abundantem: & ob hoc Veneri sacram. Prolæmeus regebat: & diuitiaz tanta erat
fama: nec falso ut uictor gentium populus & donare regna consuerus. Publio Clo-
dio Tribuno duce socii uiuicq; regi confiscationem mandauerit & ille quidem ad
rei famam ueneno fata pcepit. Cæteꝝ portius Cato cyprias opes liburnis per tyberinum ho-
stium inuexit: quæ res latius ærarium populi romani q̄ ullus triumphus impleuit.

BELLVM GALLICVM.

Asia Pontpei manibus subacta: reliqua quæ restabant in Europa: fortuna in Cæsa-
rem transtulit. Restabant autem immanissimi gentium galli atq; germani: & quis
toto orbe diuisi: tamen qui uinceret habuit britania. Primus galliæ motus: ab hel-
uetiis cæpit: qui rhodanum inter & rhenū siti non sufficientibus terris uenere se-
des petitem incensis mœnibus suis: hoc sacramentum fuit: ne redirent: sed petito tempore ad
deliberandum: Cum inter moras Cæsar Rhodani ponte rescisso: abstulisset fugam statim bel-
licosissimam gentem: & sic in sedes suas: quasi greges in stabula pastoꝝ deduxit. Sequens lon-
geq; cruentior pugna belgæ: quippe pro libertate pugnantium. Hic cum multa romanorū
militum insignia: tum illud egregium ipsius ducis q̄ nutante in fuga exercitū: raptō fugientis
e manu scuto: in primā uoluitans aciem: manu proelium restituit. Inde cum uenetis etiam na-
uale bellum: sed maior cum oceano: q̄ cum ipsis nauibus rixa quippe ille rudes & informes: &
statim naufragæ: rostra sensissent: sed herebat in uadi pugna: cum æstibus solitis cum ipso cer-
tamine subductus oceanus intercedere bello uideretur. Ille quoq; accesserit diuersitates pro gē-
rium locoꝝq; natura. Aquitani callidum genus in speluncas se recipiebant: iussit in includi:
mora dilabebantur in siluas: iussit incendi: nemo tantū feroces dixerit gallos: fraudibus agūt.
Indutiomarus: treueros. Ambiorix conuocauit eburones: utriq; absente Cæsare coniuratione
facta iuuenere legatos: sed ille fortiter a Dolobella summotus est: relatumq; regis caput. Hic i
fidiis in ualle dispositis dolo pertulit: itaq; & castra dirrepta sunt: & aux ablatū. Cottam cum
Titurio Sabino legato amisimus: nec ulla de rege mox ultio: quippe perpetua transrhenum fu-
ga latuit: nec rhenus ergo immunis: nec etiam fas erat: ut liber esset receptator hostium atq;
defensor. Sed prima contra germanos illius pugna iustissimis quidem ex causis: hæc auidæ in-
cursionibus eorū quærebantur. quæ Ariouisti regis superbia: cum legati dicerent: ueni ad Cæ-
sarem: quis est autem Cæsar: & si uult ueniat inquit: & quid ad illum: quid agat nostra germa-
nia: num ego me interpono romanis: Itaq; tantis gentis nouæ terror in castris: ut testamēta
passim: & in principis scriberentur: sed illa immania corpora: quo erant maiora: eo magis gla-
diis ferroq; patuerunt. Qui calor in præliando militum fuerit: nullo magis exprimi potest: q̄
q̄ elatis super caput scutis: cū se testudine barbarus tegetet: super ipsa romani scuta salierunt:
& inde in iugulos gladiis descendebant. Itæꝝ uno de germano centenari quærebantur. Hic ue-
ro iam Cæsar ultro Massiliam nauali ponte transgreditur: ipmq; rhenum: & hyrciniis hostem
quærit in siluis: sed in saltus & paludes genus omne diffugerat: tantum pauoris incussit intra
ripam subito romana uis: nec semel rhenus: & iterum quoq; & quidem ponte factō penetra-
tus est: sed maior aliquanto trepidatio: quippe cum rhenum suum sic ponte quasi iugo captū
uiderent. Fuga rursus in siluas & paludes: sed quod acerbissimum Cæsari fuit non fuere q̄ uin-

serentur: omnibus terra marique captis respexit oceanum: & quasi hic romanus orbis non sufficeret alterum cogitauit. Classe igitur comparata britanniam petit in britanniam transit mira celeritate: quippe qui tertia uigilia morino soluisset a portu: minus quam medio die insulam ingressus est: plena erant tumultu hostico littora: & trepidantia ad compectum rei nouae carpenta uolabant. Itaque trepidatio pro uictoria fuit: arma & obsides accepit a trepidis: & ulterius isset nisi improbam classem naufragio castigasset oceanus. Reuersus igitur ad galliam classe maiore: auctisque copiis: in eundem rursus oceanum eos denique rursus britannos: calydonias secutus in siluas unum quoque e regibus cauelianis in uincula dedit: contentus his non enim prouinciae: sed nomini studebatur: cum maiore quam prius praeda reiectus est. Ipso quoque oceano tranquillo magis & propitio: quasi imparem se fateretur. Sed maxima omnium eademque nouissima conturatio fuit galliarum: Cum omnes pariter auernos atque biturigas: carnuntas simul sequanosque: contra ille corpore: armis: spirituque: terribilis: nomine & quasi terrore composito uergingerorix: ille festis diebus: & comicialibus: cum frequentissimos in lucis haberet: ferocibus dictis ad ius pristinum libertatis erexit. Aberat tunc Caesar Rauennae delectum agens: & hyeme creuerant alpes: sic interclusum putabant iter. Sed ille qualis erat: ad nuncium rei: foelicissimae temeritatis per inuios ad id tempus montium multos: per intactas uias: & niues expedita manu emensus: occupat galliam: ex distantibus hibernis castra contraxit: & ante in media gallia fuit: quam ab ultima timeretur. Tum ipsa capita belli aggressus urbes: saluari cum quadraginta milia propugnantium sustulit. Alesiam ducentorum quinquaginta milium iuuentute subnixam flammis adaequauit: circa Georgouiam tota belli moles fuit: quippe cum .lxxx. muro & arce: & abruptis defenderent maximam ciuitatem uallo: sudibus: & fossa: inductoque fossae flumine ad hoc .xviii. castellis ingentibus: Lura circumdatam: primum fame domuit: mox audentem eruptiones in uallo gladiis: sudibusque concidit: nouissime in deditioem redegit. Ipse ille rex maximum uictoriae decus: supplex cum in castra uenisset: tum & faleras & sua arma ante Caesaris genua proiecit: habes inquit fortem uir fortissime uicisti.

BELLVM PARTHICVM.

QUVM gallos per Caesarem in septentrione debellat: interim ad orientem graue uulnus a parthis populus romanus accepit. Nec de fortuna queri possumus: caret solario clades: aduersa & diis & hominibus cupiditas consulis Crassi: dum parthico inhiat auro. xi. stragae legionum & ipsius capite mulctata est. quod tribunus plebis Metellus exeuntem ducem hostilibus diris deuouerat: & cum zeugma transisset exercitus: rapta subitis signa turbinibus hausit euphrates: & cum apud niceforu castra posuisset: missi ab Orode rege legati denunciauere percussorum cum Pompeio foederum consilia quam meminisset regis inhians ille thesauris nihil ne imaginario quidem iure: sed seleuciae se responsurum esse respondit. Itaque dii foederis ultores: nec insidiis nec uirtuti hostium defuerunt. Iam primum qui solus & uehere comneatus: & munire poterat: a tergo relictus euphrates: dum simulato transfugae cuidam. Mazerae syro creditur: cum in mediam camporum uastitatem eodem duce ductus exercitus undique hosti exponeretur. Itaque uix dum uenerat carras: cum undique praefecti regis Sylaces & Surenas ostendere signa auro sericisque uexillis uibrantia. Tum sine mora circumfusi undique equitatus: in modum grandinis atque nimborum: densa tela pariter fuderunt. Sic miserabili strage deletus exercitus: ipse in colloquium sollicitans signo dato uiuus in hostium manus incidisset: nisi tribunis reluctantibus fugam ducis barbari ferro occupassent. Sic quoque relatum caput: ludibrio hosti fuit. filium ducis poene in conspectu patris eisdem telis operuere reliquiae in foelicis exercitus: quo quocumque rapuit fugam: in armeniam ciliciam: syriamque distractae uix nuntium cladis rettulerunt. Caput eius recisum cum dextera manu ad regem reportatum ludibrio fuit neque indigno: aurum enim liquidum in rictum oris infusum est: ut cuius animus arserat auri cupiditate eius etiam mortuum & exangue corpus auro uteretur.

ANACEPHALEOSIS.

Hæc est illa tertia ætas populi romani transmarina: qua italia progredi ausus orbe toto arma circumtulit. Cuius ætatis superiores. c. anni sancti pii: & ut diximus auri: sine flagitio: sine scelere: dum sincera adhuc & innoxia pastoris illius sectæ integritas: dumq; pœnorum hostium imminens metus disciplinam ueterem continebat. Postremi. c. quos a carthaginis: corynthis numatiæ que excidiis & Attali regis i asiatica hæreditate deduximus in Cæsarem & Pompeium: secutumq; hos de quo dicemus: Augustum: & claritate rerum bellicarum magnifici. Ita domesticis cladibus miseri: & erubescendi quippe sicut galliam: thraciam: ciliciam: uberrimas ualidissimasq; provincias: armenios etiam: & britanos: ut non in usu: ita ad imperii speciem magna nomina acquisisset pulchrum atq; decorum. Ita eodem tempore dimicasse: domi cum ciuibus: sociis: mancipiis: gladiatoribus: totoq; inter se senatu: turpe atq; miserandum. ac nescio an satis fuerit populo romano Sicilia & Affrica contentum fuisse: aut his etiam ipsi carere dominantis italia sua: q̄ eo magnitudinis crescere: ut uiribus suis conficeretur. Quæ enim res alia furores ciuiles peperit: q̄ nimia foelicitas? Syria prima nos uicta corruptit. Mox asiatica Pergameni regis hæreditas: ille opes atq; diuitiæ affligere sæculi mores: merfamq; uitis suis: quasi sentina reipub. pessumdedere. Vnde enim populus romanus agros & cibaria flagitaret nisi per famem: quam luxus fecerat. hinc ergo gracchana: & prima & secunda: & illa tertia apuleiana seditio. Vnde regnaret de iudicialibus legibus diuisus a senatu eques: nisi ex auaricia: ut uectigalia reipublicæ: atq; ipsa iudicia i quaestu haberentur: hinc rursus & promissa ciuitas latio: & per hoc arma sociorum. Quid autem bella seruilia unde nobis nisi ex abundantia familiarium: unde gladiatorii aduersus dominos suos exercitus: nisi ad conciliandum plebis fauorem: effusa largitio? Cum spectaculis indulget supplicia quondam hostium artem facit: nam ut speciosiora uitia tangamus. Nonne ambitus honorum ab huiusmodi diuitiis incitatus? Atqui inde mariana: inde syllana potestas. Aut magnificus apparatus conuiuiorum: & sumptuosa largitio nonne ab opulentia paritura mox ægestatem: hæc Catilinam patriæ suæ impegit? Deniq; illa ipsa principatus & dominandi cupido: unde nisi ex nimis opibus uenit? Atq; hic Cæsarem: atq; Pompeium furialibus in exitium reipublicæ facibus armauit. Hos igitur populi romani omnis domesticos motus seperatos ab externis iustisq; bellis ex ordine prosequemur.

DE LEGIBVS GRACCHANIS.

Editionum omnium causa tribunitia potestas excitauit: quæ specie quidem plebis tuendæ: cuius in auxilium comparata est. Re autem dominationem sibi acquirens studium populi ac fauorem agrariis: frumentariis: iudicialibus legibus aucupatur. In erat omnibus spes æquitatis: quid tam iustum enim: q̄ recipere plebem ius suum a patribus: ne populus gentium uictor orbisq; possessor: extorris: aris ac focis ageret? Quid tam æquum q̄ inopem populum uiuere ex ærario suo: quid ad ius libertatis æquandæ magis efficax q̄ ut senatu regente provincias: ordinis æquestris auctoritas saltem iudiciorum regno niteretur: sed hæc ipsa in perniciem redibant: & misera res publica in exitium suum recesserat: & a senatu in equitem translata iudiciorum potestas: uectigalia: id est imperii patrimonium supprimebat: & emptio frumenti ipsos reipublicæ neruos exhauriebat: ærarium reduci plebs in agros unde poterat sine possidentium euerfione: qui sibi pars populi erant & tamen relictas sibi a maioribus sedes ætate quasi iure hæreditario possidebant.

SEDITIO TYBERII GRACCHI.

Primam certaminum faciem Tyberius Gracchus accendit genere: forma: eloquentia facile princeps: sed hic siue Mancinianæ deditiois: quia sponsor foederis fuerat contagium timens: & inde popularis siue æquo & bono ductus: quia depulsam agris suis plebem miseratus est ne populus romanus gentium uictor: urbisq; possessor: aris ac focis suis exularet: & quacumq; mente rem ausus ingentem postq̄ rogationis dies aderat igenti stipatus agmîe rostra cõscendit: nec deerat obuia manu tota idẽ nobilitas & tribuni i ptibus sed ut intercederẽ legibus suis Cneũ Octauium uidet Gracchus: cõtra fas collegii ius potestatis iniecta manu depulit rostris: adeoq; p̄senti metu mortis exterruit: ut abdicare se magistratu cogere: sic triumuir creatus diuidendis agris cum ad perpetranda cõcepta die co-

mitiorum prorogari sibi uellet imperium: obuia nobilium manu eorumque: quos agris mouerat: cædes a foro cœpit. Inde cum in capitolium profugisset: plebemque ad defensionem salutis suæ: manu caput tangens hortaretur: præbuit speciem: regnum sibi & diadema poscentis: atque ita duce Scipione Nasica concitato in arma populo: quasi inre oppressus est.

SEDITIO CAII GRACCHI.

Statim & mortis & legum fratris sui uindex: non minore impetu incaluit Caius Gracchus: qui cum pari tumultu atque terrore plebem in auitos agros arcesseret: & recentem Attali hæreditatem in alimenta populo polliceretur. Jamque nimius & potens altero tribunatu secunda plebe uolitarer: abrogare auro legibus suis Minutio tribuno: fretus comitum manu: fatale familiae suæ capitolium inuasit. Inde proximorum cæde depulsus: cum se in auentinum recepisset: inde quoque obuia senatus manu ab Opimio consule oppressus est. Insultatum quoque mortis reliquiis & illud sacrosanctum caput tribuni plebis: percussoribus auro pensatum est.

SEDITIO APVLEIANA.

Nihilominus Apuleius saturnius gracchanas asserere leges non destitit. Tantum animorum uiro Marius dabat: qui nobilitati inimicus: consulatu suo præterea confusus: occiso palam comitiis Annio competitore tribunatus subrogare conatus est in eius locum Caium Gracchum: hominem sine tribu: sine nomine: sed subito titulo in familiam ipse se adoptabat cum tot tantisque ludibriis exultaret impune: rogandis gracchoze legibus: ita uæhementer incubuit: ut senatum quoque cogeret in uerba iurare: cum abnuentibus aqua & igni interdicturum se minaretur: unus tamen extitit qui mallet exilium. igitur post Metelli fugam omni nobilitate percussa: iam cum tertium annum dominaretur: eo uesaniae progressus est: ut consularia quoque comitia noua cæde turbaret: quippe ut satellitem furoris sui Glauciam consulem faceret: Caium Memmiam competitorem interfici iussit: & in eo tumultu regem ex satellitibus suis appellatum: lætus accepit. Tum uero iam conspiratione senatus ipso quoque iam Mario consule: quia tueri non poterat aduerso: directæ in foro acies: repulsus inde: capitolium inuasit: sed cum abruptis fistulis obsideretur: senatuique per legatos penitentiae fidem faceret: ab arce digressus: cum ducibus factionis receptus in curiam est. Ibi in eum facta irruptione: populus fustibus: saxisque coopertum: in ipsa quoque morte lacerauit.

DRVSIANA SEDITIO.

Dostremo Liuius Drusus non tribunatus modo uiribus: sed ipsius etiam senatus auctoritate: totiusque italiae consensu easdem leges asserere conatus dum aliud captat ex alio: tantum conflauit incendium: ut ne prima illius flamma posset sustineri: & subita morte correptus hæreditarium in posteros suos bellum prorogaret: iudiciali lege Caii Gracchi. Diuiserant populum romanum: & bicipitem ex una fecerant ciuitatem: equites romani tanta potestate subnixi: ut qui fata patrum uitasque principum haberent in manu: interceptis uectigalibus peculabantur suo iure rempublicam: senatus exilio metelli: damnatione Rutilii: debilitatus omne decus maiestatis amiserat. In hoc statu rerum: pares opibus: animis: dignitate: unde & nato Liuii Druso æmulatio accesserat: equitem Seruilius Cæpio senatum Liuius Drusus asserere: signa & aquilæ: & uexilla aderant. Cæterum sic urbe in una quasi in binis castris dissidebantur: prior Cæpio in senatum impetu facto: reos ambitus Scaurum & Philippum principes nobilitatis elegit. His ut motibus resisteret Drusus plebem: sed se gracchanis legibus eisdem socios ad plebem spe ciuitatis erexit: Extat uox ipsius nihil se ad largitionem ulli reliquisse: nisi siquis aut coeuum diuidere uellet: aut cælum. Aderat promulgandi dies: cum subito tanta uis hominum undique apparuit: ut hostium aduentu obsessa ciuitas uideretur. Ausus tamen abrogare de legibus consul philippus: sed apprehensum faucibus uictor non ante dimisit: quam sanguis & in ora: & oculos redundaret: sic per uim datæ iussaque leges: sed precium rogationis statim socii flagitare: cum interim imparem Drusum: agrumque regem temere morage: matura ut in tali discrimine mors abstulit: nec ideo minus socii promissa Drusi a populo romano reposcere armis desierunt.

BELLVM QVOD ADVERSVS SOGIOS GESTVM EST.

Sortiale bellum uocetur: licet ut extenuemus inuidiam si uerum tamen uolumus: illud ciuile bellum fuit: quippe cum populus romanus ethruscos: latinos: sabinosq; miscuerit: & unum ex omnibus sanguinem ducat: corpus fecit ex mēbris: & ex omnibus unus est: nec minore flagitio socii citra italiam: q̄ intra urbem ciues rebellabāt Itaq; cum tusciae ciuitates: quas uiribus auxerant socii iustissime postularent: ad quam spem eos cupidine dominationis Drusus erexerat. Postq̄ ille domestico scelere oppressus est: eadem fax: quae illum cremauit: socios in arma & in expugnationem urbis accendit. Quid hac clade tristius: quid calamitosius: cum omne latium: atq; picenum: ethruria omnis: atq; campania: postremo italia contra matrem ac parentem suam urbem consurgerent: cum omne robur fortissimorum fidelissimorumq; sociorum sub suis quisq; signis haberent municipalia ista prodigia. Popedius marfos & etiam latinos: Afranius umbros: totus senatus & consules Samnium Lucaniamq; Thelesinum: cum regum & gentium arbiter populus: ipsum se regere nec posset: ut uictrix asiae europaeq; a Corfinio Roma peteretur: Primum fuit belli in albano monte consilium: ut festo die latinorum Iulius Caesar & Marcus Philippus consules inter sacra & aras immolarentur. Postq̄ id nephas prodicione discussum est. Asculo furor omnis erupit. In ipsa quidem ludorum frequentia trucidatis: qui tumaderant ab urbe legatis. Hoc fuit impii belli sacramentum: inde iam passim ab omni parte Italiae duce & auctore belli discursante popedio: diuersa per populos & urbes signa cecinere. Nec Hannibalis nec Pyrrhi fuit tanta uastatio. Ecce otraculum: ecce grumentum: ecce fesulae: ecce carseoli referatae: nuceriae & picentii: caedibus ferro & igne uastantur: fusae Rutilii copiae: fusae Cepionis: nam ipse Iulius Caesar exercitu amisso cum in urbem cruentus referretur: miserabili funere: mediam etiam urbem peruiam fecit. Sed magna populi romani fortuna: & semper in malis maior: totis de suo uiribus insurrexit aggressiq; singulos populos: Cato discutit ethruscos: Gabinus marfos: Carbo lucanos: Sylla sanites: Strabo uero Pompeius omnia flammis ferroq; populatus: non prius finem caedium: q̄ Asculi euerfione manibus tot exercituū consularium: direptarumq; urbium diis litaretur.

BELLVM SERVILE.

Utuncq; & si cum sociis nephas: cum liberis tamen & ingenuis dimicatum est. Quis aequo animo ferat in principe gentium populo bella seruorum? Primum seruile bellum inter initia urbis Herdonio duce Sabino: in ipsa tentatum est: cum occupata tribunitiis seditionibus ciuitate capitolium obsessum est: & a consule captum. Sed hic tumultus magis fuit q̄ bellum. Mox imperio per diuersa terrarum occupato: quis crederet Siciliam multo cruentius seruili: q̄ punico bello esse uastatam: terra frugū ferax: & quodammodo suburbana prouincia late fundis ciuium latinorum tenebatur. Hic ad cultū agri frequentia ergastula: cathenatiq; cultores materiam bello praebuere. Syrus quidam nomine Eunuus: magnitudo cladum facit ut meminerimus: fanatico furore simulato: dum Syriae deae caeremonias iactat ad libertatem & arma seruos quasi numinum imperio concitauit: idq; ut diuinitus fieri probaret: in ore abdita nuce: quam sulphure & igne stipauerat: leuiter inspirans flammam inter uerba fundebat: Hoc miraculum primum duo milia ex obtiis: mox iure belli refractis ergastulis. lx. amplius milium fecit exercitum. Regiisq; nequid malis deesset decoratus in signibus: castella: oppida: uicos miserabili dirreptione uastauit. Illud quoq; in ultimum belli decus capta sunt castra praetorum: nec nominare ipsos pudet: castra Mannilii: Lentuli: Pisonis: Hipsei. Itaq; qui per fugitiuos distrahi debuissent: praetorios duces profugos praelio ipsi se quebantur. Tandem Perperna imperatore supplicium de eis sumptum est. Hic enim uictos: & apud Ennam nouissime obsessos: cum fame quasi pestilentia consumpsisset: reliquias latronum cum pedibus cathenis religauit: cruribusq; puniuit. Fuitq; de seruis ouatione contentus: ne dignitatem triumphī seruili inscriptione uiolaret. Vix dum respirauerat insula: cum statim a seruis & a Syro reditur ad cilicem. Athenio pastor. interfecto domino: familiam ergastulo liberatam sub signis ordinat. Ipse ueste purpurea argenteoque baculo: & regiam in morem fronte redimita non minorem: quam ille fanaticus prior

conflat exercitum: acriusq; multum: quasi & illum uideret: ruicos: castella: oppid ad irripines: in dominos: in seruos infestius: q̄ in transfugas saeuiebat. Ab hoc quoq; prætoris exercitus cæsi: capta Seruili castra capta Luculli: sed Aqllius Perpennæ usus exeplo interclusum hostem cõ meatibus ad extrema cõpulis: cõmunitasq; copias armis: fame facile deleuit. Dedissetq; se nisi suppliciorum metu uoluntariam mortem pertulissent. Ac ne de duce quidem supplicui mexigi potuit quamuis i manus uenerit: quippe dum circa ad deprehendendum cum multituao cõtendit: inter rixantium manus præda lacerata est.

BELLVM SPARTICVM.

E Nimiuero seruiliu armorum dedecus feras: nam & ipsi per fortunam in omnia obnoxii: tamen quasi secundum hominum genus sunt: & in bõa libertatis nostræ adoptantur: bellum Spartaco duce concitatum: quo nomine appellem nescio: quippe cum serui militauerint: gladiatores imperauerint: illi infimæ fortis homines: hi pessimam auxere ludibrio calamitatem. Spartacus: Chrysus: & Oenomaus: efractõ lentuli ludo: cum septuaginta aut amplius eiusdem fortunæ uiris eruperunt Capua: seruisq; ad uexillũ & ad auxilium uocatis: cum statim decem amplius milia coissent homines: non modo effugisse contenti: iam uindicari etiam uolebant. Prima uelut ara ruris mõs Vesuuus placuit: ibi cum etiam obsiderentur a Clodio glabro per fauces caui montis uitigineis delapsi uinculis ad imas eius descendere radices: & exitu in uno nihil tale opinantis ducis subito impetu castra rapuerunt. Inde alia castra. Deinceps thoram: totamq; peruagantur campaniam: nec uillarum atq; uicorum uastatione contenti: nolam atq; nuceriam: turios atq; metapontum terribili strage populantur: affluentibus i diem copiis. Cum iam esset iustus exercitus e uiminibus pecudumq; tegumentis inconditos sibi clypeos: & ferro ergastulorum recocto: gladios ac tela fecerunt. Ac ne quod decus iusto deesset exercitui domitis obuuis gregibus paratur equitatus: captaq; de prætoribus insignia & fasces ad ducem detulere: nec abnuuit ille de stipendiario thrace miles: de milite desertor: inde latro: deinde in honore uirium gladiator: qui defunctorum quoq; prælio ducum funera imperatoris celebrauit exequiis captiuosq; circa rogum iussit armis depugnare. Quasi plane expiaturus omne præteritum dedecus si de gladiatore munerator fuisset. Inde iam consulares quoq; aggressus in Apenino Lentuli exercitum cecidit: apud Mutinam Caii Crassii castra deleuit. Quibus elatus uictoriis de inuadenda urbe romana: quod satis est turpitudini nostræ deliberauit: tandem etiam totis uiribus contra Mirmillonem confurgitur: pudoremq; romanum: Licinius Crassus asseruit: aquo pulsifugatiq; pudet dicere hostes i extrema italiæ consurrexerunt: ibi circa brutium angulum clusi: cum fugam in siciliam pararent: neq; nauigia suppeterent: ratesq; ex cratibus: & dolia connexa uirgultis in rapidissimo freto frustra experirentur: tandem eruptione facta: dignam uiris obiere mortem: & quod sub gladiatore duce oportuit: sine missione pugnatum est. Spartacus ipse in primo agmine fortissime dimicãs quasi imperator occisus est.

BELLVM CIVILE MARIANVM.

Hoc deerat unum populi romani malis: iam ut ipse intra se paricidiale bellum domi stringeret: & in urbe mediã ac foro: quasi harena ciues cum ciuibus suis gladiatorio more concurrerent: æquiore animo utcunq; ferrem: si plebei duces: aut si nobiles: mali saltem ducatum sceleri præbuisent. Cum uero: proh facinus: qui uiri: qui imperatores. decora & ornamenta sæculi sui Marius & Sylla pessimo facinori suam etiam dignitatem præbuerunt: tribus ut sic dixerim syderibus agitatum est. Primo & leui & modico tumultu: maiore q̄ bello: intra ipsos armorum duces subsistente saeuitia. Mox atrocius & eruentius per totius uiscera senatus grassante uictoria. Vltimum non ciuicam modo: sed hostilem quoq; rabiem supergressum est: cum armorum furor totius italiæ uiribus niteretur: eo usq; odiis saeuientibus: donec deessent: qui occiderent. Initiũ & cã belli inexplebilis honore marrii fames: dũ decretã Syllæ prouiciã Sulpitia lege sollicitat. Sed ipatiens iniuriæ statim Sylla: legiones circũegit: dilatoq; Mithrydate exq̄lia Colliãq; porta gẽinũ agmẽ urbi ifudit. Vnde cũ subito Sulpitius & Albio uãus obiecisset cateruas: sudescq; & saxa uicq; a moenibus ac tela iacerent ipse quoq; faculatus icẽdio uia fecit: arcẽq; capitolii: q̄ pœnos quoq; gallos et Senõas euaserat:

quasi captiuam uictor infedit: cum ex consulto senatus aduersariis hostibus iudicatis: in praesentem tribunalium: aliosq; diuersae factiois iure saeuitum est. Marium seruilis fuga exemit: imo fortuna alteri bello referuauit. Cornelio Cinna Cneo Octauio consulibus male obrutum resurrexit incendium: & quidem ab ipsorum discordia: cum de reuocandis: quos senatus hostes iudicauerat ad populum referretur: cincta quidem gladiis contione: sed uincens: quibus pax: & quies potior: profugus patria sua Cina cofugit ad partes: redit ab africa Marius: clade maior: siquidem carcer: cathenae: fuga exilium horrificauerant: dignitatem itaq; ad nomen tanti uiri late concurratur: seruitia pro nephas: & ergastula armantur: & facile inuenit exercitum miser imperator. Itaq; ui patriam reposcens: unde ui fuerat expulsus: poterat uideri iure agere: nisi causam suam saeuitia corrumperet: sed cum diis hominibusq; ifestus rediret: statim primo impetu cliens & alumna urbis hostia nefanda strage diripitur. Mox in urbem quadruplici agmine intratur: diuisere copias Cina: Marius: Carbo: Sertorius. Hic postq; manus omnis Octauii depulsa ianiculo est: statim ad principum caedem signo dato aliquanto sauius: q; aut i punica: aut in cymbrica urbe saeuitur. Octauii consulis caput pro rostris exponit. Antonii consularis in Marii ipsius mensis: Caesar & Fimbria in penatibus domorum suorum trucidantur Crassi pater & filius in mutuo alter alterius aspectu. Bebius atq; Numitorium per medium forum unci traxere carnificum. Catulus se ignis hauitu ludibrio hostium exemit. Merula flammendialis in capitolio louis ipsius oculos uenae cruore resperfit. Arcarius ipso uidente Mario confossus est: quia fatalē illā scilicet non manū porrexerat salutanti. Haec tot senatus funera intra calendas & idus Ianuarii mensis: septima illa Marii purpura dedit: quid futurum fuit si annū consularis impleisset. Scipioe Norbano quinto consule tertius ille turbo ciuili infaniae toto furore detonuit: quippe cum hinc. viii. legiones: inde quingentae cohortes starent in armis. Inde ab asia cum uictore exercitu Sylla properat: & sane cum tam ferus in syllanos Marius fuisset quanta saeuitia opus erat: ut Sylla de Mario uindicaretur. Primum apud capuam sub anne Vulturno signa concurrunt & ibi statim Norbani fusus exercitus: statim omnes Scipionis copiae ostentata spe pacis oppressae. Tum Marius iuuenis & Carbo consules: quasi desperata uictoria: ne multi perirent: sanguinea senatus sibi parentabant: obsessaq; curia: sic de senatu: q; si de carcere qui iugularentur educti. Quid funerum in foro in circo: in patentibus templis. Nam cum Mutius Sceuola pontifex uestales amplexus aras: tantum non eodem igne sepelitur Lamponius atq; Thelesinus samnitum duces atrocius Pyrho & Hannibale capaniam ethru riamq; populantur. & sub spem partium se uindicant. Apud sacriportum: collinamq; portam debellatae omnes hostium copiae. Ibi Marius hic Thelesinus oppressi: nec idem tamen caediū: qui bello: finis fuit. Stricti enim & i pace gladii: animaduersumq; in eos: qui se sponte dederat minus est. Quod sacriportum: apud Collinam. lxx. amplius milia sylla concedit: bellum erat: quattuor milia deditq; inermium ciuium in uilla pub. inrerfici iussit: isti tot in pace non plures sunt: quis autem illos potest computare: quos i urbe passim quisquis uoluit occidit: donec admonente Furfidio uiuere aliquos debere: ut essent: quibus imperarent: proposita est ingens illa tabula: & ex ipso equestri ordinis flore ac senatu duo milia electi qui mori iuberentur: non ui generis editum: piger post haec referri ludibrio abdita fata carbonis: fata forai praetoris atq; denuleii: bebius sine ferro ritu ferarum inter manus laceratum marium ducis ipsius fratrem apud catuli sepulchrum: oculis: manibus: cruribusq; defossis seruatum aliq; diu: ut per singula membra moreretur: positis singulorum hominum fere poenis: municipia italiae splendidissima sub hasta uenerunt spoletum: interamnum: praeneste: Flor etia. nam Sulmonem uerius oppidum socium atq; amicum: facinus indignum: nondum expugnatum: ut obsides iure belli: & modo morti damnati duci iubentur sic damnatum ciuitatem iussit Sylla deleri.

BELLVM SERTORIANVM.

Bellū sertorianū quid aliud: q; Syllanae proscriptiois haereditas fuit: hostile potius an ciuile dixerim nescio: quippe q; lusitanni celtiberiq; romano cesserint duce: exul & profugus feralis illius tabulae uir sumae quide: sed calamitosa uirtutis: malis suis maria terraq; pmiscuit: etiam africa: ia balearibus insulis fortunā expertus: missusq; i oceanum: fortunataq; insulas penetrauit: tandem Hispaniam armauit: uir cum uiris facile con-

uenit: nec aliter magis apparuit hispani militis uigor: q̄ romano duce: quanq̄ ille non contentus hispania: ad Mithridatem quoq; ponticosq; respexit: regemq; classe iuuit. & quid futurum fuit: satis tanto hosti: uno imperatore resistere: res romana nō potuit. Additus Metello Cneus Pompeius: hi copias uiri diu & ancipiti semper acie attriuere: nec tamen prius bello: q̄ suorum scelere & insidiis extictus. Copias eius prope tota hispania p̄secuti: diu & ancipiti semp acie domauerunt. Prima per legatos certamina habita: cum hic Domitius & Horius: inde herculei proluderent: mox his apud Segoniam: illis apud Anam flumen oppressis: ipsi duces cominus inuicem experti: apud Lauronem atq; Sucronem æquauere clades. Tum illis ad populationē agrorum: his ad urbium excidia conuersis: misera inter romanos duces hispania discordiæ p̄onas dabat donec oppresso domestica fraude Sertorio: uictosq; deditosq; Perpenna: ipse quoq; ī romanam fidem uenere urbes: ostater: mestudia: ualentia: auxima: & in fame nihil non experita calagurris. Sic recepta in pacem Hispania: uictores duces externū id magis: q̄ ciuile bellum uideri uoluerunt ut triumpharent.

BELLVM CIVILE SVB LEPIDO.

Lepido Quinto Catulo consulibus: ciuile bellum p̄ene citius oppressum ē: q̄ inciperet: sed quantum lateq; fax illius motus ab ip̄o Syllæ rogo exarsit. Cupidus nanq; rerum nouarum per insolentiam Lepidus: acta tanti uiri rescindere parabat: nec immerito: si tamē posset sine magna clade reipublicæ. Nam cum iure belli Sylla dictator p̄scripsisset inimicos: qui supererant: reuocante Lepidio. quid aliud: q̄ ad bellum uocabantur. Cum damnatorum ciuium bona addicente Sylla: quamuis male capta: iure tamen repetitio eorum procul dubio labefactabat compositam ciuitatem. Expediebat ergo q̄si ægræ sauciæq; reipublicæ requiescere quocunq;: ne uulnera curatione ipsa rescinderentur. Ergo cum turbidis contionibus: uelut classico ciuitatem terruisset: profectus in ethuriam arma inde & exercitum urbi admouerat. Sed iam miluium pontem: collemq; laniculum Lucatius Catulus Cneus Pompeius Syllanæ dominationis duces atq; signiferi alio exercitu insiderant. A quibus primo statī impetu retropulsus: hostisq; a senatu iudicatus: in cruenta fuga ethuriam: inde sardiniam recessit. Ibi quoq; morbo & poenitentia interiit. Victores q; non tenuere alii in ciuilibus bellis: pace contenti fuerunt.

L. FLORII EPITHOMATIS LIBER QUARTVS INCIPIT.

BELLVM CATILINAE.

Catilinam luxuria primum: tum hinc conflata ægestas rei familiaris. simul occasio: q; in extremis finibus mundi: arma romana peregrinabantur: in nefaria cōsilia opprimēdæ patriæ suæ compulere: senatum confodere: consules trucidare: distringere incendis urbem: diripere ærarium: totam deniq; rempublicam funditus tollere: & quicquid nec Hannibal uideretur optasse. Quibus o nefas sociis aggressus est ipse patritius: sed hoc munus est. Curii: Pottii: Syllæ: Cethegi: Antonii: Varguntei: atq; Longini: quæ familiæ: quæ senatus insignia? Lentulus quoq; tunc maxime præter hos omnis immanissimi facinoris satellites habuit. Additū est pignus coniurationis sanguis humanus: quem circumlatum pateris bibere summum nefas: nisi amplius esset propter quod biberunt. Actum erat de pulcherrimo imperio: nisi illa cōiuratio in Ciceronem & antonium consules incidisset: quorum alter industria rem patefecit: alter manus oppressit. Tanti sceleris indicium per Fuluiam emerfit: uilissimum scortum: sed patriciis innocens: consul habito senatu in præsentem parricidam reū Cicero perorauit: sed non amplius profectum: q̄ ut hostis euaderet: seq; palam professo incendium suum restincturum ruina minaretur: & ille quidem ad præparatum a Manlio in Ethuria exercitum proficiscit: signa illaturus urbi. Lentulus destinatum familiæ suæ sybillinis uersibus regnum sibi uaticinans: ad præstitutum a Catilina diem urbe tota uiros: faces: tela disponit. Nec ciuili conspiratione contentus: legatis allobrogum: qui tum forte aderant: in arma sollicitatis: & isset ultra alpes furor: nisi altera proditione Vulturii prætoris litteræ tenerentur statim Ciceronis imperio iniecta est barbaris manus: palam prætor in senatu conuincitur. De supplicio agentibus

Cæsar parcendum dignitati: Cato animaduertendum pro scelere cenſebat: quam ſententiam ſecutiſ omnibus in carcere parricidæ ſtrangulantur: quibus parte coniurationis oppreſſa: tamen ab incepto Catilina non deſtitit. Sed inſeſtis ab ethruria ſignis patriam petens: obuio Antoni exercitu opprimitur: quæ atrociter dimicatum ſit exitus docuit. Nemo hoſtium bello ſuperfuit: quem quis in pugnando ceperat locum cum amiſſa anima corpore tegebat. Catilina longe a ſuis inter hoſtiũ cadauera repertus eſt: pulcherrima morte: ſi pro prima ſic concidiſſet.

BELLVM CAESARIS ET POMPEI.

IAm poene toto orbe pacato: maius erat imperium romanum: quæ uillis externis uiribus extingui poſſet. Itaque inuidens fortuna principi gentium populo: ipſum illum in exitium ſuum armauit: ac Mariana quidem Cinnanaque rabies intra urbem præcluſerat: quaſi experiretur ſyllana tempeſtas. Latius intra italiã tum detonauerat: Cæſaris furor atque Pompei urbem: italiã: gentes nationes: totum denique quæ patebat imperium in quodam quaſi diluuiõ & cum inflammatione corripuit. Adeo ut non recte tantum ciuile dicatur: ac ne ſociale quidem. ſed nec externum ſed potius commune quoddam ex omnibus & pluſque bellum. Quippe ſi duces eius inſpicias: totus ſenatus in patribus: ſi exercitus hinc. xi. legiones: inde. xviii. ſus omnis & robur italiçi ſanguinis: ſi auxilia ſociorum: hinc gallici germanique delectus: inde Deiotarus: Ariobarzanes: Tarchom: Dimotus: Corinthus: omnis thraciæ: cappadociæque: ciliciæ: macedoniæ: græciæ: italiæ: totiusque robur orientis ſi moram belli: quattuor annis: & pro clade rerum breue tempus: ſi locum & ſpacium ubi commiſſum eſt: intra italiã: inde ſe in galliam: hispaniam deſlexit. Reuerſumque ab occaſu totis uiribus in epyro: theſſaliæque conſedit: hinc in ægyptum ſubito tranſiit. Inde reſpexit aſiam: aſricæ incubuit. Poſtremo in hispaniam remigrauit: & ibi aliquando deſecit: ſed non & odia partium finita cum bello: non enim prius quieſcere: quæ in urbe ipſa medio ſenatu eorum qui uicti erant: odia uictoris ſeſe cæde ſatiarent. Cauſa tantæ calamitatis: eademque omnium nimia foelicitas. Siquidem Quinto Metello & Lutio Afranio conſulibus: cum romana maietas toto orbe polleret: recentique uictorias: ponticos & armenios triumphos in pompeianis theatris Roma cantaret nimia Pompei potentia apud occiſos (ut ſolet) ciues mouit inuidiam. Metellus ob imminutum cretæ triumphum, Cato aduerſus potentes ſemper obliquus: detractare Pompeium: actiſque eius obſtrepere. Hic dolor tranſuerſum egit: & ad præſidia dignitati paranda impulit: forte tunc Cræſſus genere diuitiis dignitate florebat: uellet tamen auctores opes. Caius Cæſar eloquentia & ſpiritu ecce iam conſulatu alleuabatur. Pompeius tamen ſuper utrunque eminebat. Sic igitur Cæſare dignitatem comparare. Cræſſo augere: Pompeio retinere cupientibus: omnibusque pariter potentia cupidis: de inuadenda rep. facile conuenit: ergo cum mutuis uiribus in ſuum quiſque decus niteretur: galliam Cæſar inuadit: Cræſſus Aſiam. Pompeius Hispaniam. Tres maximos exercitus: etiam ſic orbis imperium ſocietate trium principum occupatur: decem annos traxit iſta dominatio: exinde quoniam mutuo metu tenebantur: Cræſſi morte apud parthos: & morte Iulie Cæſaris filie: quæ nupta Pompeio generi ſocerique concordiam matrimonii foedere tenebat: ſtatim æmulatio erupit. Iam Pompeio ſuſpectæ Cæſaris opes: & Cæſari pompeiana dignitas grauis: nec hic ferebat parem: nec ille ſuperiorem: nefas ſic de principatu laborabat: tanquam duos tanti iperij fortuna non caperet: ergo Lentulo Marcelloque conſulibus: rupta prima coniurationis fide: de ſucceſſione Cæſaris ſenatus: idemque Pompeius agitabat: nec ille abnuebat: ſi ratio ſui proximis comitiis haberetur conſulatus: abſenti quem decem tribus fauente pompeio nuper decreuerant. Tum diſſimulante eodem negabant: ueniret & peteret maiore more: ille contra flagitare decreta: ac niſi in fide permanerent: non ſe remittere exercitum ergo ut: in hoſtem decernitur. His Cæſar agitatus ſtatuit premia armorum armis defendere. Prima ciuilis belli harena Italia fuit: cuius arces leuibus præſidiis Pompeius infederat: ſed omnia ſubito Cæſaris impetu oppreſſa ſunt: prima Arimino ſigna cecinerunt. Tum pulſus ethruria Libo. umbria Thermus: Domitius corfinio: & peractum erat bellum ſine ſanguine: ſi Pompeium brunduſii opprimere: ut cœperat potuiſſet. Sed ille per obleſſi clauſtra portus: nocturna fuga euasit: turpe dictum: modo princeps patrum pacis bellique moderator: per triumphatum a ſe mare: lacerata & poene inermi nauis fugiebat. Nec Pompeius ab italiã quæ ſenatus ab urbe ſugatur prior: quam poene uacua metu Cæſar ingreſſus conſulem ſeipſe facit. Aerariũ quoque ſanctum quod quia tardius aperiebant tribuni: iuſſit effringi: cenſumque & patrimoniũ populi

romani ante rapuit: q̄ imperium. Pulso fugatoq; Pompeio maluit prius ordinare prouincias: q̄ ipsum sequi. Siciliam & Sardiniam annonæ pignora: per legatos habuit: nihil hostile erat in Gallia: pacem ipse fecerat. Sed ad hispanienſes Pompeii exercitus tranſeunti: per eam duci portas claudere aulâ Maſſilia eſt: miſera dum cupit pacem: belli metu: in bellum incidit: ſed quia rutis muris erat uinci eam ſibi iuſſit abſenti. Græcula ciuitas non pro mollicia nominis: & ualium cepere: & incendere machinas uſa: & congregari nauibus. Sed Brutus cui mandatum erat bellum: uictos terra mariq; perdomuit: mox deditibus ſeſe ablata omnia: præter q̄ potiorẽ omnibus habebant libertatem. Anceps uariũq; & cruentum in Hiſpania bellum: cum legatis Cnei Pompei Petreio & Afranio: quos Ilerdæ caſtra habentes: apud Sycorin amnem obſidere: & ab oppido intercludere aggreditur. Interim ab undatione uerni fluminis commeatibus prohibet: ſic fame caſtra tentata ſunt: obſeſſorq; ipſe quaſi obſidebatur. Sed ubi pax fluminis redidit: populationibus & pugna campos aperuit. Itaq; ferox iſtat: & cedentes ad celtiberiam conſecutus: aggere & uallo: & per hæc ſtri: ad deditiõnem compulſit. Sic citerior hiſpania recepta eſt: nec ulterior morã fecit: quid enĩ una poſt q̄nq; legiones. Itaq; ultro cedente Varrone: gades: fretũ: oceanus: oĩa ſcœlicitate Cæſaris ſequebãt: Aliquid tamẽ aduerſus abſentẽ ducẽ auſa fortuna eſt. Circa illyricũ & africã: quaſi de idulſtria pſpera eius aduerſis radierẽt. Quippe cũ fauces adriatici maris iuſſi occupare Dolobella: & Antõius. Ille illyrico: hic cretico littore caſtra poſuiſſent iam maria late tenente Pompeio repente caſtra legatus eius Octauius Libo ingẽtibus copiis claſſicõq; utq; circũuenit: deditiõnẽ famẽ extorſit Antonio: Miſſæ quoq; a Baſilio in auxiliũ eius rates: quales inopia nauũ fecerat: noua Pompeianõq; arte cilitũ actis ſub mare funibus captæ quaſi per indaginẽ: duas tamẽ æſtus explicuit: una quæ opiterginos ferebat in uadis hæſit memoradũq; poſteris exitũ dedit. Quippe uix mille iuuenũ manus circũuſũ uidiq; exercitus: per totũ diem tela ſuſtinuit: & cũ exitũ uirtus non haberet: ramen ne in deditiõnem uerent hortante tribuno Vlteo mutuis iẽtibus in ſe concurrat. In africa quoq; par & uirtus: & calamitas Curionis fuit: qui ad recipiendum prouinciam miſſus pulſo fugatoq; Varro iam ſuperbus: ſubitum iubæ regis aduentum equitatumq; maurorum ſuſtinere non potuit. Patebat uictõ fuga: ſed pudor ſuaſit: ut amiſſum ſua temeritate exercitum more ſequeretur. Sed iam deditũ par fortuna ſtagitante ſedem bello Pompeius epyron elegerat. Nec Cæſar mora. Quippe ordinatis a tergo omnibus. quamuis hyems media prohiberet tempeſtate ad bellum nauigauit: poſitiſq; ad oricum caſtris: cum pars exercitus ob inopiam nauium cum Antonio dimiſſa brundufii moram faceret: adeo impatiens erat: ut ad arceſſendos eos ardente uentis mari nocte concubia: ſpeculatorio nauigio ſolus ire temptauerit: extat ad trepidum tantõ discrimine gubernatorem: uox ipſius. Quid times? Cæſarem uehis. Contractis in unum undique omnibus copiis: poſitiſq; cominus caſtris: diuerſa erant ducum conſilia. Cæſar pro natura ferox: & conſciciendæ rei cupidus: oſtentare aciem: prouocare: laceſſere: nunc obſidione caſtrorum quæ ſexdecim milium uallo obduxerat. Sed quid his obſeſſet obſidio? qui patente mari omnibus copiis abundarent. Nunc expugnatione dyrrachii irrita: quippe quam uel ſitus inexpugnabilem faceret: Ad hoc aſſiduus in arruptionem hoſtrium præliis: quo tempore egregia uirtus Sceuæ centurionis emicuit: cuius in ſcuto centum atque uiginti tela ſedere. Iam uero dirreptione urbium ſotiarum cum oricum & gomphos: & alia caſtella theſſaliæ ualtarent: Pompeius aduerſus hæc neſtere moras tergiuerſari ſimul: ut hoſtem intercluſum undiq; inopia commeatum terreret: utque ardentiffimi ducis conſeneſceret impetus. Nec diutius profuit duci ſalutare conſilium milites otium: ſocii moram: Principes ambitum ducis increpabant. Sic præcipitantibus ſatis prælio functa eſt theſſalia: & philippicis campis urbis imperii generis humani fata commiſſa ſunt: nunq̄ ullo loco tantum uiriũ populi romani: tantum dignitatis fortuna uidit: trecenta amplius milia: hinc & illinc præter auxilia regum & ſenatus. Nunq̄ imminentis minæ maniſteſtiora prodigia: fuga uictimarum: examina: inſignes interdũ tenebræ dux ipſe & nocturna imagine theatri ſui audiens plauſum in modum planctus circumſonare: & mane cum pullo amiculo: neſas apud principia conſpectus eſt. Nunquam acrior neq; alacrior exercitus Cæſaris fuit. Inde claſſica prius: inde tela: annotatum quoque committentis aciem Craſtini pilum. Qui mox adactõ in oſ gladio: ſic inter cadauera repertus: libidinem ac rabiẽm qua pugnauerat ipſa nouitate uulneris præferibat. Sed nec minus admirabiliõ illius exitus belli. Quippe cum Pompeius adeo equitum copia abundaret: ut facile circumuenturus ſibi Cæſarem uideretur circumuen-

64

tus ipse est. Nam cum diu æquo Marte contendere: iussuq; Pompeii fusus a cornu erupisset equitatus repente hic signo dato: germanorum cohortes tantum in effusos equites fecere ipse tum: ut illi esse pedites: si uenire in equis uiderentur. Hanc stragem fugientis equitatus leuis armaturæ ruina comitata est: tunc terrore latius dato: turbantibus inuicem copiis: reliqua strages q; si una manu facta est. Nec ulla res magis exitio fuit: q; ipsa exercitus magnitudo. Multus in eo prælio Cæsar fuit: mediisque inter imperatorem & militem: uoces quoq; ob equitatis exceptæ altera cruenta: sed docta & ad uictoriam efficax: miles faciem feri: altera ad iactationem composita: parce ciuibus cum ipse sequeretur. Foelicem utcumq; in malis Pompeiū: si eadem ipsum quæ exercitum eius fortuna traxisset: superstes dignitatis suæ uixit: cum maiore dedecore per thessalica tempe equo fugeret pulsus hearis in deserto ciliciæ scopulo fugam in parthos africā uel ægyptum agigaret. Ut deniq; in pelusio littore imperio uilissimi regis consilii in spadonū & ne quid malis desit: Septimi desertoris sui gladio trucidatus: sub oculis uxoris suæ libero rumq; moreretur. Quis non peractum esse cum Pompeio crederet bellum: at qui acrius multo atq; uahementius thesalici incendii cineres recaluere: & in ægypto quidem aduersus Cæsarem sine partibus bellum: quippe cum Ptolemæus rex alexandriæ summum ciuilibus belli sce- lus peregrisset: foedusq; amicitia cum Cæsare medio Pompei capite sanxisset: ultionem clarissimi uiri manibus quærente fortuna causa non defuit. Cleopatra regis soror affusa Cæsaris gē- tibus partem regni reposcebat. Aderat puellæ formæ: quæ duplicaretur ex illo: q; talis passā uidebatur iniuriam: odium ipsius regis: qui Pompei cædem partium fato non Cæsari dederat haud dubie idem in ipsum aufurus si expedisset. Quam ubi Cæsar restitui iussit in regnum: statim ab eisdem percussoribus Pompeii obsessus in regia: q; uis exigua manu ingentis exercitus molem mira uirtute sustinuit. Ac primum edificiorum proximorum atq; naualium icē- dio infestorum hostium tela submouit. Mox poene insulam Pharon subitus euasit. Inde depulsus in maria mira foelicitate ad proximam classem enatauit. Relicto quidem i fluctibus paludamento: seu fato: seu consilio ut illud ingruentibus hostium telis saxiq; peteretur. Tamen receptus a clasticis suis undiq; simul hostes adortus de imbelli ac perfida gente iusta generi manibus dedit: Quippe & Theodotus magister: auctor totius belli: & ne uirilia quidem portenta Photinus atq; Ganymedes diuersa per mare & transfuga & morte cōsumpti. Regis ipsius corpus obrutum in limo repertum est in aureæ loriceæ honore. In Asia quoq; nouus rerum motus a ponto plane: quasi de industria captante fortuna. Hunc mithryatico regno exitum: ut a Pompeio pater: a Cæsare filius uinceretur: Rex Pharnaces magis discordiæ nostræ fiducia: q; uirtutis suæ: infesto in Cappadociam agmine ruebat. Sed hunc Cæsar aggressus uno: & ut sic dixerim non toto prælio obtriuuit more fluminis: quod uno eodemq; momento uenit: percussit: abcessit. Nec uana de se prædicatio est Cæsaris: ante uictum hostem esse: quam uisum. Sic cum exteris. An in africa cum ciuibus multo atrocius q; in Pharsalia huc reliquias partiū nau- fraga quidam furoris æstus expulerat. Nec reliquias diceres: sed integrum bellum. sparsæ magis: q; oppressæ uires erant. Auxerat sacramentum ipsa clades imperatoris. Nec degenerabat ducum successio. Quippe satis ample sonabāt in Pompeiani nominis locum Cato & Scipio. Accessit copiis mauritanus rex Iuba: uidelicet ut latius uinceret Cæsar. Nihil ego inter pharsa- liam: & thapson: nisi q; amplior eoq; acrior cæsarianorum impetus fuit: indignantium post pō- peium creuisse bellum. Deniq; q; alter nunq; ante imperium ducis sua sponte signa cecinerūt strages a Iuba cœpit. Et elephantum bellorum rudes: & nuper a silua consternati subito clangore: statim & exercitus in fugam: & duces fortius: q; ut effugerent. Non in conspicua tamē morte omnium iam Scipio naue fugiebat: & assecutus hostibus gladium per uiscera exegit: & ubi esset quondam requirente: respondit hoc ipsum: bene se habet imperator. Iuba cum se recepisset in regiam magnifice epulatus: postero die cum Petreio fugæ comite superq; menfas & pocula interficiendum se ei præbuit: ille & regi succit & sibi. Cum interim semel in medio sciphi & parentalia fercula regio simul Romanoq; sanguine madebant. Cato non inter- fuit bello positusq; ad bragadam castris: uticam uelut altera africæ claustra seruabat. Sed accepta partium clade nihil cunctatus: ut sapiente dignum erat: mortem etiam lætus acciuit. Nam postq; filium comitesq; ab amplexu dimisit: in nocte lecto ad lucernam Platonis libro: qui im- mortalitatem animæ docet: paulum quiescit: tum circa primam uigiliam stricto gladio reuela- tum manu pectus semel: iterumq; percussit. Ausi post hoc uirum medici uiolare fomentis. Ille passus dum abscederent: rescidit plagas: secutaq; uis sanguinis moribundas manus in ipso uulnere reliquit. Quasi non esset usquam dimicatum: sic arma rursus & partes: quantoq; afri-

ca supra Thessaliam fuit: tanto Africam superabat Hispania plurimum: quantum fauoris partibus dabat fraternitas ducū & pro uno duos stare pōpeios. Itaq; nusq; atrocius nec tā ancipiti Marte concursus est. Primum in ipso hostio oceani Varus Didiusq; legati confligere. Sed acrius fuit cum ipso mari: q̄ inter se nauibus bellum. Siquidem uelut furorem ciuicum castigaret oceanus: utranq; classem naufragio cecidit. Quinam ille horror: cum eodem tempore fluctus: procellæ: naues armamenta confligerent: adde situs ipsius formidinem urgentia in unum hic hispaniæ: inde mauritanæ littora: mare & intestinum & externum: imminentiq; Herculis speculas: cum omnia undiq; simul prælio & tempestate sæuissent. Mox circa obsidiones urbium utrinq; discursus est. Quæ miseræ inter hos atq; illos duces societatis Romanæ pœnas dabant. Omnium postrema certaminum Munda hic non pro cætera foelicitate: sed anceps & diu triste prælium: ut plane uideret nescio quid deliberare fortuna. Sane & ipse ante aciem moestior non ex more Cæsar siue respectu fragilitatis humanæ: siue nimiam prosperorum suspectam habens continuationem: uel eadem timens: postq̄ idem esse cœperat: q̄ Pompeius. Sed in ipso prælio: q̄ nemo unq̄ meminerat: cum diu pari Marte acies nihil aliud q̄ occiderent in medio ardore pugnantium subito ingens inter utrosq; silentium quasi conuenissent: hic omnium sensus erat nouissime illud inuitatum Cæsaribus nephas: post. xiiii. annos probata ueteranorum manus gradum retro dedit: q̄ & si nundum fugerat: apparebat tamen pudore magis: q̄ uirtutem resistere. Itaq; ablegato equo similis furenti primam in aciem procurrit. Ibi pensare fugientes confirmare per totum: deniq; agmen oculis: manibus: clamore uolitare: dicitur in illa perturbatione: & de extremis agitasse secum: & ita manifesto uultu fuisse: quasi occupare manu mortem uellet: nisi q̄ cohortes hostium quinq; per trāsuersam aciem aetæ quas Labienus periclitantibus castris præsidio miserat: spem fugæ præbuisset: hoc aut & ipse credidit: aut dux callidus attribuit in occasionem & quasi fugientem inuectus: simul & suorum erexit animos: & hostes perculit. Nam ii dū se putant uincere fortius sequi: inde Pompeiani dum fugere credunt suos: fugere cœperunt. Quanta fuerit hostium cædes: ira rabiesq; uictoribus sic æstimari potest. Hoc a prælio profugi cum se mundæ recepissent: & Cæsar obsideri statim uictos impetrasset: congestis cadaueribus ager effectus est: quæ pilis iaculisq; cōfixa inter se tenebantur: foedum etiam inter barbaras: sed uidelicet desperantibus Pompei libellis: Cneum prælio profugum crure saucio deserta & auia petentem Cenonius apud lauronem oppidum consecutus pugnantem nondum desperantem interficit. Sextum fortuna in celtiberia interim abscondit: aliisq; post Cæsarem bellis reseruauit. Cæsar in patriam uictor inuehitur: primum de gallia triumphum transmiserat rhenus: rhodanus: & ex auro captiuus oceanus. Altera laurus ægyptia tunc in ferculis Nilus: arsinoe & ad simulachrum igniū ardens pharus. Tertius de pharnace currus & ponto. Quartus Iuba & Mauros: & bis subactam ostendebat hispaniam pharsalia & tharsos & munda nusq;: & quanto maiora erant de quibus non triumphabat hic aliquando finis armis fuit. Reliqua pax incruenta pensatumq; clementia bellū nemo cæsus imperio præter Afrangium: satis ignouerat semel & Fastum Syllam: didicerat generosum timere: filiamq; Pompei cum patruelis ex Sylla hic posteris cauebatur. Itaq; non i gratis ciuibus omnes unum in principem congesti honores circa templa imagines: in theatro distincta radiis corona: suggestus in curia: fastigium in domo mensis in cælo ad hoc pater ipse patriæ perpetuusq; dictator. Nouissime dubium an ipso uolente: oblata pro rostris ab Antonio consule regni insignia. Quæ omnia uelut infusæ in destinatam morti uictimam congebantur. Quippe clementiam principis uicit inuidia: grauisq; erat liberis ipsa beneficiorum potentia. Nec diutius dilatio donata est. Sed Brutus & Cassius aliiq; patricii consenserunt in cædem principis: q̄ta uis fati Manuerat late coniuratio: libellus etiam Cæsari datus eodē die: nec periclitare centum uictimis potuerat: uenit in curiam tamen expeditionem partichā meditans: ibi in curuli sedentem eum senatus inuasit: tribusq; & uiginti uulneribus ad terram datus est: sic ille qui terrarum orbem ciuili sanguine impleuerat: tādē ipse sanguine suo curiā impleuit.

¶ CAESAR AVGVSTVS

DOpulus romanus Cæsare & Pompeio trucidatis: rediisse in statum pristinae libertatis uidebatur: & redierat: nisi aut Pompeius liberos: aut Cæsar hæredem reliquisset uel quod utroq; perniciosius fuit: si non collega quondā mox æmulus cæ-

arianæ est potentiaæ fax & turbo sequentis secundi superfuisset Antonius: quippe dum sexus paterna repetit trepidatum toto mari: dum Octavius mortem patris ulciscitur: iteque fuit mouenda thessalia: dum Antonius uariis ingenio aut successorem cæsaris indignatur octavius aut amore cleopatras desciscit in regem: nam aliter saluus esse non potuit: nisi confugisset ad feruitatem: gratulandum tamen in tanta perturbatione est quod potissimum ad Octavianum Cæsarem Augustum summa rerum rediit: qui sapientia sua atque solertia: perclusum undique & perturbatum ordinauit imperii corpus: quod ita ut dubia nunquam coire & consentire potuisset: nisi unius prestantissimi nutu quasi anima & mente regeretur Marco Antonio & Publio Dolobella consulibus imperium romanum iam ad Cæsaris transferente fortuna: uariis & multiplex motus ciuitatis fuit quodque in antua cæli conuersione fieri solet: ut mota sydera tonent ac suo flexu tempestates significant: sic cum romanæ dominationis idest humani generis conuersione poenitus intremuit omnique genere discriminum ciuilibus: terrestribus: ac naualibus bellis omne imperii corpus agitatatum est.

BELLVM MUTINENSE.

Prima ciuiliu motu causa testamentum Cæsaris fuit: cuius seruus hæres Antonius prælatum sibi Octavianum furens: inexpressibile contra adoptionem acerrimi iuuenis susceperat bellum: quippe cum intra decem & octo annos teneque & obnoxium & opportunum iniuriæ iuuenem uideret: ipse plene & comilito Cæsaris dignitatis laceraret furis hæreditate ipsum insectari probris & cunctis artibus cooptatione Iulie gentis cum inhibere non desineret. Denique ad deprimendum iuuenem: palam arma moliri: & parato exercitu in cisalpia galilia resistentem motibus suis Decium Brutum obsidebat Octavius Cæsar ætate & iniuria fauorabilis & nois maiestate: quod sibi induerat: Reuocatis ad arma ueteranis: priuatis: quis crederet: incosulem aggreditur: obsidio mutinæ liberat Brutum: Antonium exiit castris: tum quidem etiam manu pulcher apparuit. Nam cruentus & saucius aquila a moriente signifero traditam: suis humeris in castra referebat.

BELLVM PERVSINVM.

Alterum bellum concitauit agroque diuisio: quos Cæsar ueteranus in castris pretium militiæ persoluebat: semper aliter Antonii pessimum ingenium gladio cincta uirilis militiæ uxor agitabat: ergo depulsos agris colonos incitando iteque in arma ierat. Hic uero iam non priuatis. sed totius senatus suffragiis iudicatum hostem Cæsar aggressus intra perusiam muros rediit: compulsi que ad extrema deditiois turpi & nihil non experta fame.

TRIMUMVIRATVS.

Quam solus etiam grauis paci: grauis reipublicæ esset Antonius: quasi ignis incendio lepidus accessit: quid contra duos exercitus necesse fuit uenire in crudentissimi foederis societatem diuersam omnium uota incendia lepidum diuitiarum cupidum: quare spes ex turbatione reipublicæ. Antonium ultiones de eis: qui se hostem iudicassent. Cæsarem uultus patet & manibus eius graues Cassius & Brutus agitabant: in hoc uelut foedus pax inter tres duces componitur: apud confluentes iter mutinam & bononiam iungunt manus & exercitus confulant: nullo bono more triumuiratus inuaditur: oppressa armis reipublica redit syllana proscriptio. cuius atrocitas nihil in se minus habet quam numere xli. senatorum exitii foederis truces: miserabiles toto terrarum orbe fugientium pro indignitate rei imiscatur Cæsarem auunculum suum lepidus lutiū Paulum suum fratrem proscripterit. Romæ capita cæsarum proponere in rostris iam usitatum erat. Verum sic quoque ciuitas lachrimas tenere non potuit: cum rescissum Ciceronis caput in illis suis rostris uideretur: Nec aliter ad uidentum eum: quam solebat ad audiendum concurreret. Hæc scelera in Antonii lepidique tabulas Cæsar percussioibus patris contentus fuit. Hæc quoque nisi multa fuisset etiam iusta cædes haberetur:

BELLVM CASSII ET BRVTI.

Brutus & Cassius sic Cæsarem: quasi Tarquinium regem depulisse regno uidebant. Sed libertatem quam maxime restitutam uoluerunt: illo ipso parricidio perdere. Igitur cæde perfecta: cum ueteranos Cæsaris nec immerito timerent: statim curia in ca

pitoliū confugerant. Nec illis ad ultionē deerat animus: sed ducem non habebant. Igitur cū apparet: quæ strages reipub. imineret: displicuit ultio cū cōsulis abolitione decreta. Ne tamē publici doloris oculos ferrent: i prouicias ab illo ipso quem occiderant Cæsares datas syriam & macedoniam concesserat. Sic uindicta Cæsaris dilata potius q̄ oppressa est: Igitur ordinata magis ut p̄cerat: quam ut decebat in triumuiros respublica relicto ad urbis præsidium Lepido: Cæsar cum Antonio in Cassium Brutumq; succingitur. Illi comparatis ingentibus copiis eadē illā: quæ fatalis. Cn. Pompeio fuit: harena infederant. Sed nec tum iminentia cladis destinatæ signa latuere. Nam & assuetæ cadaueꝝ pabulo uolucres castra quasi iam sua circūuolabant In aciem prodeuntibus obuius ethiops nimis aperte ferale signum fuit. Ipsiq; Bruto per noctē cū illato lumine ex more aliqua secū agitare: atra quædam imago se obtulit: & quæ eēt iterrogata: tuus inquit malus genitus hoc dixit & sub oculis mirantis euanuit. Pari in meliora prælatio in Cæsaris castris omnia: aues: uictimæq; promiserant: Sed nihil præsentius: q; Cæsaris medicus somnio admonitus: ut Cæsar castris excederet: quibus capi iminebat ut factum est. Acie nanq; commissa cum pari ardore aliq̄ diu dimicatur foret: & quāuis duces non essent tunc præfentes cū alteꝝ corporis ægritudo: illū metus & ignauia subduxissent starent tamen pro p̄tibus iuncta fortuna: & ultoris: & qui uindicabat. Primū adeo anceps fuit: & par utrunq; discrimen: ut exitus prælii docuit. Capta sunt hinc Cæsaris castra: inde Cassii. Sed q̄ta efficacior est fortuna q̄ uirtus: & q̄ lueꝝ est: ubi oriens affluit non residet in uerbo: tantū esse uirtutē uictoria illi prælio error dedit. Cassius inclinato cornu suoꝝ cū captis Cæsaris castris rapido impetu recipientes se equites uideret: fugere arbitratus euadit in tumulū: inde puluere & strepitu etiam nocte uicina eximentibus gestæ rei sensum cum speculator quoq; in id missus tardius renuntiaret: transactum de partibus ratus: uni ex proximis auferendū præbuit caput. Brutus cum in Cassio etiam suū animū perdidisset: nequid ex constituti fide resignaret: ita enim par superesse bello conuenerat: ipse quoq; uni comitū suoꝝ confodiendū præbuit latus. Quis sapientissimos uiros non miretur: ad ultimū non suis manibus usos: nisi hoc quoq; ex persuasio ne non defuit ne uiolarent manus: sed in abolitione sanctissimæ p̄tentissimæq; animarum iudicio suo: scelere alieno uterentur.

BELLVM CVM SEXTO POMPEIO .

Sublatis percussoribus Cæsaris: supererat Pompei domus: alter iuuenū in hispania occiderat: alter fuga euaserat: contractisq; in foelicis belli reliquiis: cū insup ergastu la armasset: siciliam sardiniamq; habebat: iam & classe mediū mare infederat. O q̄ diuersus a patre: ille cilicas extinxerat: hic secum pyratas nauales agitaret. Tāta mole belli poenitus in siculo freto iuuenis oppressus est: Magniq; famam ducis ad inferos secum tulisset: si nihil tentasset ulterius nihil nisi q̄ magnæ indolis signum est sperare semper. Perditis enim rebus profugit asiamq; uelis petit uenturus ibi in manus hostium: & cathenas & q̄ miserrimum est fortibus uiris: ad hostium arbitrium sub percussore moriturus. Non alia post Xerxem miserabilior fuga: quippe modo tercentarū quinguentarū nauium dominus: cum sex septem ue fugiebat: extincto prætorix nauis lumine: annualis in mare abiectis pauens atq; respectans: & tamen non timeas ne periret.

BELLVM PARTHICVM

Quo uetidio quis i Cassio & Bruto partes sustulisset i Pompeio totū partiū nomē abolisset nodū tamē ad pacis stabilitatē p̄fecerat Cæsar: cū scopulus & nodus & i ora publicæ securitatis superesset Antonius: nec ille defuit uitiis qui p̄iret. Imo oīa exp̄tus ambitu & luxuria: primū hostes: deinde ciues: tādē ēt terræ sæculū liberauit. Parthi clade crassiana altius aīos erexerat ciuilesq; populi R. discordias læti accepāt. Itaq; ut priā affulsit occasio nō dubitauerūt erūpe: ultro qdē iurātē labieno: qui missus a Cassio Brutoq; : q̄ furor sceleꝝ sollicitauerat hostes i auxiliū: & illi pacato duce regio iuuenē dissipāt antōiana p̄fidia Casca legatus ne uēiret i p̄ratē a galdio suo ipetrauit. Deniq; ablata syria: emanabat latius malū: hostibus sub auxiliū sp̄e sibi uicētib; nisi uetidiū & huic legatus Antōiū incredibili foelicitate: & labiēi copias: ip̄mq; pacoz; & oēm partīcū eq̄tatū toto iter orōiē & euphratē si-

nu late cæcidisset. Viginti aplius miliu fuit. Nec sine cõsilio ducis: q simulato metu adeo passus e castris succedere: dõec assupto iactus spatio: adimeret usũ sagittarũ. rex fortissime dimicãs cecidit. mox circũlato eius p urbes: quæ definerat capiratã syria sine bello recepta. Sic crassianã cladem pacori cæde pensauimus.

BELLVM PARTHICVM CVM ANTONIO:

Expertis inuicem parthis atq; romanis: cum Crassus atq; pacorus utrinq; uirũ mutuarũ documenta fecissent: pari rursus reuerentia integrata amicitia: & qdẽ ab ipso foedus atonio cũ rege pcussum. Sed imẽsa uanitas hominis: dum titulogẽ cupidie araxẽ & euphratem sub imaginibus suis labi concupisser: neq; causa: nec consilio: ac ne imaginaria qdẽ belli conditione: quasi hoc quoq; ex arte ducis esset obrepere: relicta repente syria in parthos impetum facit gens pter armogẽ fiduciam simulat trepidationem: & in campos fugam. Hic statim quasi uictor sequebat: cum subito nec magna hostium manus ex i prouiso etiam infessos uia sub uespere uelut nibus erupit & m illis undiq; sagittis duas legiões operuerunt. Nihil acciderat in compationẽ cladis: quæ in postegẽ diem iminebat. Nisi iteruenisset deum miseratio: unus ex clade crassiana: parthico hab. tu: castris adeqtat: & salute latine data cũ si dem ipso fecisset: qd imineret: edocuit. iam affuturũ cum omnibus copiis regem: irẽt retro: peteretq; montes: sic quoq; hostem fortasse nõ defore: atq; ita secuta est minor uis hostium: q iminebat. Adfuit tamen deletarq; reliquæ copiarũ forẽt nisi urgẽribus telis i modũ grandinis quadam forte: quasi doctẽ pcubiissent i genua milites: & elatis sup capita scutis: cælogẽ speciem pbiuissent: tum parthus archus ihibuit: deinde romani cum se rursus extulissent: adeo res miraculo fuit: ut unus ex barbaris miserit uocem. Ite & bene ualete romani merito uos uictores fama gentium loqtur: q parthogẽ tela fugistis. Non minor ex aqua postea: quam ab hostibus excepta clades infesta primũ siti regio cum qbusdam Salmacidis fluuius i festior: nouis simeq; cũ iam ab inualidis & auide auriebat: noxiæ etiam dulces fuere. Mox & ardores per armeniam: & niues per cappadociam: & utriusq; cæli subita mutatio pro pestilentia fuit. Sic uix tertia pte de. xvi. religionibus: reliqua cũ argentũ passim dolabris concideret: & subinde inter moras mortem a gladiatore suo flagitasset: egregius impator tandẽ pfugit in syriam: ubi incredibili quadam mentis uecordia ferocior aliquanto factus est: quasi uicisset q euaserat.

BELLVM CVM ANTONIO ET CLEOPATRA.

Hror Antonii quatenus per ambitum non interiret & luxu & libidine extinctus est. Quippe post parthos cum exosus arma: in otio ageret: captus amore Cleopatrarũ: qũ bene gestis rebus i regio se sinu reficiebat. Hæc mulier ægyptia ab Ebrio imperatore precium libidinum romanum imperium petit: & promisit Antonius: quasi faciliõr esset partho romanus. Igitur dominatione. n parare: nec tacite: sed patriarũ: nominis togæ fascium oblitus: totus ut monstrum illud: ut mente ita animo quoq; cultuq; descieuerat. Aureum in manu baculum ad latus: & in acie purpurea uestis: ingentibus ostricta gemmis diadema aderat: ut regina rex ipse frueretur. Ad primum nouorum motuum famam Cæsar a brundisio traiecerat: ut uenienti bello occurreret. positisq; castris in epyro leucadam insulam montemq; leucaten: & ambracii sinus cornua infesta classe succinxerat. Nobis. cccc. amplius naues. cc. non minus hostiũ: sed numegẽ magnitudo pensabat. Quippe a senis in nouenos remorum ordinibus: ad hæc turribus atq; tabulatis alleuata: castellorum & urbium specie: nõ sine gemitu maris & labore uentorum ferebantur: quæ quidem ipsa moles exitio fuit. Cæsaris naues a triremibus in senos: nec aplius ordines creuerant. itaq; habiles in omnia: quæ usus poscebat: ad impetus: & recursus: flexusq; capiẽdos. Illas grauis & ad oia ppeditas singulas plures adortæ: missilibus simul: tum rostris: ad hoc ignibus iactis ad arbitriũ dissipauere. Nec ulla re magis hostilium copiarum apparuit magnitudo: q post uictoriam. Quippe immensa classis naufragio belli facto toto mari ferebatur arabumq; & sabeorum & mille aliarum gentium aliarũ spolia: purpuram auge quæ in ripam assidue mora uentis maria remouebant. Prima dux

fugæ regina: cum aurea puppe: uelocq; purpureo se in altum dedit. Mox secutus Antonius: sed
iltare uestigijs Cæsar. Itaq; nec pparata i oceanum fuga: nec munita pfdiis. utraq; ægypti cor
nua parethonium atq; pelusiũ profuere: prope manu tenebant. prior ferq; occupauit Antoni
us. Regina ad pedes Cæsaris prouoluta tentauit oculos ducis frustra. Nam pulchritudo itra pu
dicicia pncipis fuit. Nec illa de uita: q; offerebat: sed de pte regni laborabat. Quod ubi despe
rauit a pncipe: seruariq; se triũpho uidit: i cautiorem naçta custodiam: i mauseolum se (sepul
chra regũ sic uocat) recipit. ibi maxios ut solebat iduta cultus i differto odoribus folio iuxta
suũ se collocauit. Antonium Admotisq; ad uenas serpẽtibus: sic morte quasi somno soluta ẽ.

Hic finis armoz ciuiliũ. Reilqua aduersus exteras gẽtes. Quæ districto circa mala
sua impio diuersi orbis oris emicabãt. Noua qppe pax: nec dum assuetæ frenis ser
uitutis tumidæ gentium iflatæq; ceruices ab imposito nuper iugo resiliebant. Ad
septentrionẽ conuersa ferme plaga ferocius agebat: norici: illirii: pãnonii: dalmatæ:
myli: thraces: & daci: sarmatæ: atq; germani: noricis aios dabant alpes atq; niues. q; bellum nõ
posset ascendere. Sed omnes illius cardinis populos brẽnos: senones: atq; uidelicos: p priuignũ
suum Claudium drusum pacauit. Quæ fuit callidæ gentium feritas facile uel mulieres osten
dere: quæ deficientibus telis ifantes ipsos afflictos humo: i ora militũ aduersa miserunt. Illirii
quoq; sub alpibus agunt: imafq; ualles earq; & quædam quasi claustra custodiunt abruptis tor
rentibus iplicati. in hos expeditionem ipse sumpsit fieriq; pontem iperauit. Hic se & aqs & ho
ste turbantibus cunctanti ad ascensum militi scutum de manu rapuit: & iuia primus: tunc ag
mine secuto: cum illiricus multitudine pontem succidisset: saucius manibus ac cruribus spe
ciosiore sanguine: & ipso periculo augustior: terga hostium pccidit. Pannonii duobus saltibus:
ac tribus fluuiis drauo sauo histroq; uallantur: populati proximos intra ripas se recipiebãt. In
hos domando Vibium misit. cæsi sunt i utrisq; fluminibus: arma uictoz non ex more belli
cremata sed capta sunt: & in profluentes data: ut cæteris q; resistebant: uictoria sic nunciaretur:
Dalmatæ plærumq; sub siluis agunt. Inde ad latrocinia promptissimi. Hos iam qdem Marius
incensa urbe de liuinio: quasi detruncauerat. Postea Asinius pollio gregibus armis agris mul
ctauerat. hic secũdus orator. Sed Augustus per domandos Vibio mandat: q; effez genus fode
re terras coegit: augq; uenis repurgare: q; alioqn gens oĩum cupidissima studiola diligentia
acqrit: ut illud ia usus suos seruare uideatur: Mylii q; feri: q; truces fuerint: q; ipsos etiam bar
bari barbaroz horribile dictu est. Vnus ducum ante aciem postulato silentio. Qui uos inqt
estis? Responsum inuicem. Romani gentium domini: & illi: ita inqt fiet: si uos uiceritis. Ac
cepit omẽ Martius Crassus. Illi statim ante aciem imolato equo concepere uotum: ut cæsar ex
tris ducũ & litarent & uescerentur. Deos audisse crediderim: nec tubam sustinere potuerũt. Nõ
minimum terroris icussit barbaris Chonidus centurio satis barbaræ: efficacis tamen apud pa
res homines stoliditatis: qui poculum gerens super cassidẽ suscitatum motu corporis flãmam
uelut ardenti capite fundebat. Ante hos thracũ maximus populus desciuerat. Ille barbarus &
signis militaribus & disciplina armis etiam romanis assueuerat. Sed a pisone perdomiti in ipsa
captiuitate rabiem ostendere: qppe cum cathenas moribus tentarent: feritatem suam ipsi pu
niebant. Daci montibus inhaerent Cotisonis regis impio: quotiens concretus imperio danubi
us uixerat ripas decurrere solebant & uicina populari: uisum est Cæsari augusto gentem aditu
difficilimã submouere. Misso igitur Lentulo ultra ulteriorem repulit ripam: citra pfdia con
stituit. Sic tunc Dacia non uicta sed summota atq; dilata est. Sarmatæ patentibus campis i ge
rant & hos per eundẽ Lætulũ phibere dãnubio satis fuit. nihil pter niues rataq; siluas habet:
tãta barbaria ẽ: ut pacẽ nõ itelligãt. Germaniã quoq; utinã uicere tãci nõ putasset: magis turpi
ter amissa ẽ q; gloriose acq; sita: sed qtenus sciebat patrẽ suũ Cæsarẽ bis trãsuectũ põtẽ rheno q;
sisse bellũ. In illius honore cõcupiit facere puiciã: & factũ erat: si barbari tã uitia nfaq; ipia fer
re potuissẽt. Missus i eã puiciã Drusus primos domuit usipetes: ide cæteros pcurrit: & tactos.
Nã marcomenoz spoliis isignibus quẽdã editũ tumultũ i trophei modũ excoluit. Inde ualidis
simas natiões cheruscos: sueuos: & sicãbros piter aggressus ẽ. Qui. xx. cõturiõibus icreatis hoc
uelut sacramẽto sũpserat bellũ. Adeo certa uictoria spe: ut pdã i atecessũ pactiõ diuiserit. Cha
rusci equos: Sueui aux & argẽtum. Sicãbri captiuos elegerãt. sed oĩa retrorsum. Victor namq;
Drusus equos: pecora: torques eorum: ipsosq; præda diuisit & uendidit. Præterea in tutelam
prouinciæ præsidia atq; prouincias ubiq; disposuit. Per mosam flumen per albi: per insurgi
am: per rheni quidem ripam quinquaginta amplius castella direxit bonam & genosiã cũ põtĩ
bus iunxit: classibusq; firmauit. inuisum atq; inaccessum in id tempus byrcinium saltum pate

67

facit. ea deniq; in germania pax erat: ut mutati homines alia terra coelum ipsum mitius molli usq; solito uideretur. Deniq; non per adulationem sed ex meritis defuncto ibi fortissimo iu uene: ipsi q; nunq; aliter senatus cognomen ex prouincia dedit. Sed difficilius est puicias obtinere: q; facere uiribus parantur: iure retinentur. igitur breue id gaudium fuit. Quippe germani uicti magis q; domiti erant: moreq; nostros: magis q; arma sub iperatore Druso uiscipiebant postq; ille defunctus est: Vari quintiliu libidinem ac superbiam: haud secus: q; saeuicia odisse coeperunt. Ausus ille agere conuentum & in castris se direxerat: quasi uiolentiam & barbarorum licitoris uirgis: & pconis uoce posset inhibere. At illi q; iam pridem rubigie oblitos enses: inertesq; cernerent equos: ut primum rogas & saeuiora armis iura uiderunt: duce Arminio arma corripunt. Cum inter tanta erat Varo pacis fiducia: ut ne pdicta quidem & prodita per Segetem unum ducum coniuratione commoueretur. Itaq; improuidum & nihil tale metuentem improuiso adorti: cum ille (o securitas) ad tribunal citaret undiq; inuadunt: castra rapiunt: tres legiones opprimunt. Varus perditas res eodem quo canensem diem Paulus & fato est & animo secutus: nihil illa caede per paludes: perq; siluas cruentius: nihil insultatione barbaroz itolerantius: praecipue tamen in causaz patronos: aliis oculos: aliis manus amputabant: unius os sutum recisa prius lingua qua i manu tenens barbarus tadem inq; uipera sibilare desiste. Ipsi us quoq; consulis corpus: quod militum pietas humi abdiderat: effossum. Signa & aq; las duas adhuc & barbari possident. tertiam signifer priusq; in manus hostium ueniret euulsit: merfaq; intra baltei sui latebras gerens in cruenta palude sic latuit. hac clade factum: ut imperiu quod in litore oceani non steterat in ripa rheni fluminis staret. Hac ad septetrium. Sub meridiano tumultuatum magis q; bellatum est. Musulam as atq; getulos accolos syrtium Cossio duce compescuit: unde illi getulici cognomen: latius uictoria patet. Marmaridas atq; garamantas. Turmio subigendos dedit. Potuit & ille redire marmaricus: sed modestior in aestimada uictoria fuit. Ad orientem plus negotii cum armenis huc alterz Caesar ex nepotibus suis misit abo fato breues sed alter inglorius: massiliae q;pe Lutius morbo soluitur. In licia Caius ex uulnere cu armeniam ad parthos se subtrahentem recipit. Armenios uicto rege Tigrae i hoc unum seruitutis genus Pompeius assueuerat: ut rectores a nobis acciperet. Intermissum ergo ius: per hunc recuperatum: non incruento nec inulto tamen certamine. Quippe dominationes quem rex artaxatis pfererat: simulata proditione adortus uix intentu libello: quem ut thesauroz ratio nem continet ipse porrexerat: strictus ac recreatus ex uulnere i tepus: caetez barbarus undiq; ifesto exercitu oppssus gladio & pyra in q; se percussus imisit: etiam Caesari satissfecit. Sub occasu pacata fere erat ois hispania nisi q; pyrenei desinentis scopulis iherentem citerior alluebat oceanus. Hic duae ualidissimae gentes Cantabri & Astures imunes imperii agitabant. Cantabroz & peior & altior: & magis pertinax in rebellando animus fuit. Qui non conteti libertatem suam defendere: pximis etiam iperitare tentabant: uaccesq; & curinogos & aurigonas crebris icursionibus fatigabant: i hos igitur qa uehementius agere nuciabat: non madata expeditione: sed sumpta est: ipse uenit segisama castra posuit: ide partito exercitu totam i diem ample xus catabriam efferam gentem ritu feraz quasi idagine debellabat. Nec ab oceano ges: cum ifesta classe ipsa quoq; terga hostium cederent. Primu aduersus catabros sub moenibus belgicae phatus est. Hi c fuga in eminentissimu uinium motem: q; maria prius oceani: q; arma romana ascensura esse crediderat. Tertio arracillu oppidum magna ui repugnat: captu tamen prostremo fuit: medulli motis obsidio: quem ppetua. xv. miliu fossa comprehesum cixit undiq; simul adeute romao: postq; extrema barbari uidet: certati igne ferro iter epulas uenenoz: qd ibi uulgo ex arboribus taxis exprimit pcepe morte: seq; ps maior a captiuitate: q; uidebat: uidicauef. Hac p Antistiu Firmu Agrippa legatos hibernas i taraconis maritimis Caesar accepit. ipse p sens hos deduxit motibus: hos obsidibus adstrixit: hos sub corona iure belli uedidit: digna res lauro: digna curru: senatui uisa est: & Caesar tatus erat: ut posset triuphos cotenere. Astures per ide tps igeti agmie a motibus suis descenderat: nec temef luprus: ut barbaris ipares & positis castris apud scura flume trifaria idiuiso agmie: tria simul roanoz castra aggredi parat: fuisset anceps & cruetu: & utina mutua clade certame: tuc ta fortibus: et subito: ta cu consilio uenietibus nisi drigecini pdissent: a qbus pmotus Carisius cu exercitu aduenies oppssisset consilia. Sic tamen quoq; no icrueto certamine: reliqas fusi exercitus ualidissimi ciuitas lacea exceptit. Vbi loci adeo certatu e: ut i captu urbe falces poscerent egre dux ipetrauit uenia: ut uictoriae romanae stans potius esset q; incensa monumetu. Hic finis augusto bellicoz certaminu fuit. ide rebelladi finis hispaniae certa mox fides & terna pax: cu ipsoz ingenio i pacis partes pmptior: & cu

consilio Cæsaris: qui fiduciam montium timens: in quos se recipiebant castra sua sed quæ in plano erant habitare & incolere iussit: ingentis esse consilium illud obseruari caput. Natura regionis circa se omnis aurifera miniq; & chrysocollæ & aliog; color; ferax: igitur exerceri solum iussit. sic astures ut latentes in profundo opes suas atq; diuitias: dum aliis quærunt nosse ceperunt. Omnibus ad occasum & meridiem pacatis gentibus: ad septentrionem quoq; dūtaxat intra rhenum atq; danubium. Item ad orientem intra eufratē & euphraten: nili quoq; reliq; qui immunes imperii erant: sentiebant tamen magnitudinem: & uictoriam gentium populi romani reuerbantur. nam & scythæ misere legatos: & farmatæ amicitiam petentes. Seres etiā habitantesc; sub ipso sole Indi cum gemmis & margaritis elephantos quoq; inter munera traquentes nihil magis q̄ longinquitatem uia; imputabant quadriennium impleuerant: & tamen ipse hominum color ab alio uenire sole fatebatur. Parthi quoq; quasi uictoriæ pertineret: rapta clade crassiana ultro signa rettulere. sic ubiq; cuncta atq; continua totius generis humani aut pax fuit: aut pactio. Aususq; tandem Caius Augustus septingentesimo ab urbe condita anno ianum geminum claudere: bis ante se clausū sub Numa rege: & uicta primū carthagiē: hic conuersus ad pacem pronum in omnia mala: & in luxuriam fluens sæculum grauib; seueris que legibus multis coercuit: ob hæc tot facta ingentia dictator perpetuus: & pater patriæ. Tractatum etiam in senatu: an quia condidisset imperium Romulus uocaretur: sed sanctius & reuerentius uisum est nomen Augusti: ut scilicet iam tum dum colit terras ipso nomine & titulo consecraretur.

Aurea Iustini Luciq; epithomata flori
Aere tibi modico candide lector erit:
Contrahit iste Titi numerosa uolumina liui.
Pompeii historias colligit ille Trogi.
Quā bene coniuncti: namq; hic ubi desinit: ille
Incipit: atq; unum pene uidetur opus.
Rite recognouit quos Iustinianus ad unguem
Romanus. Felix lector amice Vale.

FINIS.

Registrum

a
 prima alba
 iustini hystorici
 rogat ut si
 labia & aures
 b
 putes quo cum
 opera eorum
 set interiectis
 c
 ti essent q̄
 ras & dardanos
 liceretur sed
 d
 trem Alexandri
 eorum ex promissis
 murorum præsidio
 e
 dat atq; ita
 uictoria post hæc
 etiam sine opibus
 f
 taris in illo uiro

mum benigne
 cit quasi
 g
 Iustini hystorici
 xit quod propter
 cum paphragonia
 h
 Iustini hystorici
 Instini hystorici
 ad .M.comitem
 i
 ciam tracti
 Consule: classe
 libus pertinere
 k
 sic ad meridiē
 dia regis
 alto romanam
 l
 Cæsar parcendis
 rus ipse est
 sarianæ est
 Finis

*Maternus Giffertiz
 de Tongris,
 1500*

A 977 439

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.

Faint, illegible text, possibly bleed-through from the reverse side of the page.



